OVA

N

TIS

NUM

a i

a 11

Hain, 13747
Copinger 5060

Autoꝛ in hoc passu tangit tria remedia generalia pro ꝯseruatione sanitatis nature humane ⁊ pcipue ipsoꝝ nobiliū. primum est ꝙ animus hominis debet esse letus ⁊ gaudēs cū leticia siue gaudiū etatē floridā facit hominē in iuuētute ꝯseruat virtutem ꝯfortat. vitam ꝓlongat. ingeniū acuit. ⁊ ad singulos actus hominem abilioꝛē reddit. Et debet istud gaudiū in regimine sanitatis ꝯueniēs esse tēperatu ⁊ nō excessiuū qꝛ excessiuū sincopim ⁊ moꝛtē inducit. Et maxime gaudiū ꝯpetit his qui multū curan[illegible] et solicitudinibꝰ destruūtur. Et pōt in ipsis de nouo acqui[illegible] per vsum cibi ⁊ vini delectabiliuꝫ ⁊ dimissione eoꝝ que tristitiam inducunt et inhabitare cum sibi dilectis ⁊ similibus quibus virtus ꝯfoꝛtatur teste Auicen. xi. iij. c. de casu virtutis subito sic dicente. Et scias ꝙ virtus augmentatur cibo ⁊ vino subtili ꝯuenientibus ⁊ odoꝛibus bonis ⁊ tranqllitate ⁊ gaudio ⁊ dimissione eoꝝ que ꝯtristant ⁊ rixari faciunt et renouatione rerum amabilium et habitatione cum dilectis. Secundū est tranquillitas animi. Nobiles eñi propter nimis magnas ⁊ diuersas curas quas habent plus leduntur ceteris paribus ꝙ qui mediocres sunt. Inquietatio vero mentis somnum maxime impedit qui nobilibus summe vtilis est qui cōiter nature sicce sūt atqꝫ colerice qbus ꝑmaxīe somnus est vtilis. Terciū est moderata dieta. i. moderata sumptio cibi ⁊ potus. nocumēta vero superflui cibi ⁊ potus postea dicemus.

Lumina mane manꝰ surgēs gelida lauet aqua.
Hac illac modicum pergat. modicū sua membꝛa
Extendat. crines pectat. dentes fricet. ista
Confoꝛtant cerebꝛū confoꝛtant cetera membꝛa
Lote cale ista passe vel infrigesce minute.

In hoc textu autoꝛ ponit sex documēta qbus cerebꝛū ꝯfoꝛtatꝛ ⁊ silr singula coꝛpis mēbꝛa. Primū est ꝙ postꝙ hō de mane surrexerit, dꝫ lauare oculos in aqua frigida. mūdari eñi debēt vt ab eis remoueātur inmūdicies palpebꝛis adherētes ⁊ circa oculos

exiſtentes ne ab ipſis oculi coꝛrodātur. Et iſtud ſatis innuit Aui.
iiij. iij. trac. i. c. de rememoꝛatione ꝯſeruationis ſanitatis oculi ⁊
rememoꝛatione coꝝ que nocent ipſi vbi dicit. Ex eis aūt que ab
ſtergunt oculū ⁊ acuunt ipſum eſt ſubmergi in aqua clara ⁊ ape
rire oculum in ea. Et idem vult trac. iiij. c. de cura debilitatis vi
ſus dicēs. Et ingredi aquam claram viridem et ſubmergi in ea
⁊ aperire ambos oculos in ea ſcdm quantitatē qua poſſibile eſt
ex eis que ſeruant ſanitatem oculi ⁊ ꝯfoꝛtant ipſum ⁊ pꝛopꝛie in
iuuentute. Cauſa aūt quare oculi magis debēt lauari in aqua fri-
gida q̈ calida eſt qꝛ vnūquodqꝫ ꝯſeruatur ſuo ſili. vt dicit Aui.
i. ij. i. c. i. Et idem vult gali. iij. ter. canone illo. Calidioꝛa calidi-
oꝛibus indigēt adiutoꝛijs frigidioꝛa frigidioꝛibꝰ. ſed ſic eſt ſi ocu
li ſunt frigide nature ergo potius debēt lauari aqua frigida q̈
calida. Secundū eſt ꝙ homo debet lauari manus qꝛ ſunt inſtru
menta quibꝰ mundātur oꝛgana per que exeūt ſuperfluitates ce
rebꝛi vt ſunt aures. oculi. nares. Et ergo ob hoc manus debent
eſſe mūde plus tamen debent lauari in aqua frigida q̈ in aqua
calida qꝛ lotio manuū in aqua calida generat vermes in ventre
⁊ hoc ſpecialiter dummodo manus in aqua calida lauātur poſt
ſumptionem cibi vt innuit Auicen. xvi. iij. trac. v. c. i. vbi agit de
vermibus in ventre genitis. Et ratio eſt qꝛ per lotionē manuū
in aqua calida poſt ſumptionē cibi trahitur caloꝛ naturalis quo
completur digeſtio in ſtomacho ad extra quare imperfecta fit
digeſtio que potiſſima cauſa eſt vermium. Tercium eſt ꝙ poſtq̈
homo ſurrexerit a ſomno debet paulatim incidere ſiue ſe moue
re. Cuiꝰ cauſa eſt vt ſuperfluitates pꝛime ⁊ ſecūde digeſtionum
que ſunt feces ⁊ vꝛina deſcēdant ⁊ pꝛeparētur faciliori euacua-
tioni. Quartum eſt ꝙ poſtq̈ homo ſurrexerit a ſomno debet ex-
tendere manus ⁊ pedes ⁊ alia membꝛa. Cuius cauſa eſt vt tra-
hantur vitales ſpiritus ad membꝛa exterioꝛa et per hoc ſubti-
liantur ſpiritus cerebꝛi. Quintum eſt ꝙ debet crines pectere.
Cuiꝰ cauſa eſt vt aperiātur poꝛi per hoc capitis ⁊ exeant vapo-
res cerebꝛi derelicti poſt ſomnum ⁊ ſubtilientur eius ſpiritus.
Unde vſus pectinis multum ꝯfert viſui et maxime ſenibus pꝛo

deſt. Unde dicit Aui. tercia. iij. trac. iiij. c. de cura debilitatis viſus. Adminiſtratio pectinis ſuper caput iuuatiua eſt et confert proprie ſenſibus quare oportet quod adminiſtretur omni die multotiens quoniam attrahit vapores ad ſuperiora et mouet eos a parte oculi. Sextum eſt quod homo debet mundare et fricare dentes. Cuius cauſa eſt quia immundicies dentium eſt cauſa fetoris anhelitus. Similiter a dentibus immūdis ſpiritus immūdi eleuātur ad cerebrum ipſum perturbātes. Preterea cōmixtio limoſitatis dentium cum ipſo cibo ad ſtomachum miſſo eſt cauſa corruptionis cibi in ſtomacho. Modum autem cōſeruādi ſanitatem dentium et bonitatē odoris eorum tangit. Aui. vij. iij. c. de cōſeruatione dentium ſub his verbis. Et ex eo que cōſeruāt ſanitatē dentium eſt vt colluatur os in menſe bis cum vino in quo decocta eſt radix titimalli. Eſt enim peruenienes ad vltimū in faciendo bonum odorem et nō aduenit facienti illud dolor dentium. Ulterius autor in vltimo verſu ſubdit aliqua precepta generalia. Primum eſt quod homo lotus ſtupha vel balneo debet ſe tenere calidū quia tunc pori ſunt aperti et ſic de facili frigus poſſit ſubintrare et magna nocumenta corpori inferre. Aliud eſt quod poſtquam homo ſumpſerit cibum debet modicum ſtare vt cibus perfecte deſcēdat ad fundum ſtamochi in quo completur digeſtio. deinde lente ambulet et nō fortiter ne propter motum fortem calor trahatur ad partes exteriores. et per hoc impediatur cibi digeſtio. Aliud eſt quod homo frigidus debet cauere ne ſubito ſe calefaciat ſed paulatim. mutationes enim ſubite naturam ledunt. Omnia enim extra naturā moleſta ſunt vt dicit Gal. in commento illius canonis. Secundum multum et repente.

**Sit breuis aut nullus tibi ſomnus meridianus**
**Febris pigricies capitis dolor atque catarrus.**
**Hec tibi proueniunt ex ſomno meridiano.**

In hoc textu tangit autor quatuor nocumenta que proueniūt ex ſomno facto poſt prandiū. Quorum primum eſt quod ex ſomno

meridiano ſolet ſequi febris quod aliqui putant verificari de fe
bre prouenięte ex opilatione cauſam iſtius febris reddentes qꝛ
tempore diei caloꝛ ꝛ ſpirit' mouetur ad exterioꝛa. ꝛ ſic virtus
digeſtiua in die eſt debilis. digeſtio enim pfecta eſt quãdo caloꝛ et
ſpiritus ad interioꝛa mouentur propter quoꝝ motum caloꝛ na
turalis incenditur. ꝛ ſic tempus noctis eſt tempus perfectionis
digeſtionis. Indigeſtio enim ꝛ crudelitas humoꝝ eſt cauſa opila
tionis que opilatio eſt cauſa febris ſcdm Auicen. prima .iiij. in
pluribus paſſibus. Scdm nocumentũ eſt pigricies que ex eadẽ
cauſa videtur oꝛiri. Ex materia enim indigeſta ꝛ groſſa groſſi ele
uantur ſpiritus qui moti ad membra coꝛpoꝛis grauedinẽ coꝛpo
ri inducunt quemadmodũ ſpiritus ſubtiles ꝛ leues leuitatẽ ani
mi ꝛ coꝛpoꝛis inducunt. Tercium eſt doloꝛ capitis qui etiam ex
eadem cauſa prouenire videtur. Ex cibo enim indigeſto in ſto
macho eleuãtur groſſi ſpiritus cerebrum perturbãtes qui ſpiri
tus ſunt cauſa diſcoloꝛationis etiam faciei quãdo ad cutem mo
uentur qꝛ vbi eſt materia groſſa neceſſe eſt quicquid ex tali ma
teria diſſoluitur eſſe groſſum vt innuit Gali. in ꝯmẽto illius am
phoꝛiſmi. Et qui creſcunt ſic inquiens quicquid enim de quolibet
re diſſoluitur ei vnde diſſoluitur neceſſe eſt vt aſſimiletur. Quar
tum nocumentũ eſt catarrus qui ſiłr ex eadem cauſa videt oꝛiri
ſcꝫ ex reumate. Reuma enim dicitur omĩs fluxus materie de mem
bro ad membrũ in quacũqꝫ parte coꝛpoꝛis fuerit ſed ſcdm qꝫ ad
diuerſas partes coꝛpoꝛis fluit diuerſa ſoꝛtitur nomina. qñ enim
mouetur ad pectus ſiue ad membra ſpũalia videt ad pulmonem
dicitur catarrus. Sed qñ fluit ad fauces ſiue ad colatoꝛiũ pala
ti dicitur brãcus. Et qñ fluit ad nares dicitur coꝛiza. vt habetur
in iſtis verſibus. Si fluat ad pectus dicatur reuma catarrus.
ad fauces brancus ad nares dico coꝛizam. Preter tamen predi
ctoꝛum nocumentoꝝ cauſas narratas alie poſſunt aſſignari ma
gis efficaces. Cauſa nanqꝫ primi nocumẽti ſcꝫ febris que aliqñ
eſt effimera. aliquãdo putrida eſt. febris quidẽ effimere retẽtio
fuliginum in ſomno diurno. quarum reſolutione vigilia facere
ꝯſueuerat quibus aceruatis ꝛ ſpiritibus admixtis in eis accen

ditur calor extraneus cauſans febrem effimeram. Febris vero putride putrefactio. humiditatum multiplicataꝝ ex ſomno diurno ad cor effumantium. Secundū vero nocumentū ſcilicet pigritia cōtingit propter humiditates per ſomnum diurnum retentas circa muſculos cordas ⁊ iūcturas quibus torpeſcūt ⁊ tarde reddūtur ad ſolitos motus. Tercium vero nocumētum ex ſimili cauſa oritur ſcilicet ex humiditatibus ⁊ vaporibus per ſomnū meridianum reteſtis. qui moti verſus caput ⁊ cerebrum ⁊ dolorem ingerūt. Quartum vero nocumētum videlicet catarrus quo vl'r omne reuma ſignificat ꝯtingit propterea qꝛ vapores ⁊ fumi qui vndiqꝫ per cutem hora vigiliaꝝ reſolui ſolent in ſomno diurno ad caput tendunt. vbi inſpiſſati recidunt interius reumatizantes. Auic. autem. iij. i. doc. ij. c. ix. alia ſuperaddit nocumēta ſomni diurni. quorum primum eſt generare egritudines humidas. vt guttas ⁊ paraliſes ex retentionibus humiditatum que de die magis reſolui ſolent. Secundū eſt corruptio coloris faciei propter humiditates aquoſas vrine ſimiles in ſanguine multiplicatas ex ſomno diurno reſolui ſolitas tempore vigiliarum. que ad faciei cutem cum ſanguine expulſe reddūt eam tumidam ⁊ declinantem ad citrinitatem. Tercium eſt generatio ſplenis. id eſt. ſplentice paſſionis in diſpoſitis ad eam. Cuiꝰ cauſa eſt retentio humoris groſſi melancolici in ſplene ex ſomno diurno ſicut enim iuuant vigilie motum ⁊ liberum trāſitum huius groſſi humoris per canales ſtrictos cum calore diei vias apperiēte. ſic ſomnus impedit maxime diurnus cum tunc inſtet hora ſcd̄m plurimum tranſitus melancolie per canales ſuos. et maxime per illum canalem qui a ſplene tranſit ad orificium ſtomachi gratia prouocationis appetitus per quem ſplenis ſuperfluitas emundari ſolet. Non enim conuenit vt de nocte prouocet. ſed de die potius appetitū cibi. Quartum eſt relaxatio neruorum ſeu remollitio eorum. Cuiꝰ cauſa eſt prohibitio reſolutionis humiditatū quam facere ſolent vigilie diurne que interius retente neruos imbibunt. Quintum eſt debilitatio appetitus. Cuius cauſa eſt prohibitio reſolutionis. que eſt prima cauſa fa

mis. Alia cauſa eſt repletio ſtomachi ex fumis. vaporibus ꝛ humiditatibus remolliātib᷒ ꝛ ſaturātibus orificiū ſtomachi. Sexta eſt generatio apoſtematū. Cui᷒ cauſa eſt q: ſupfluitates ꝑ ſomnum diurnū multiplicate colligūtur ſepe in aliquo membrorū et ipſum intumeſcere faciūt. Et vlteri᷒ dicit Aui. ꝙ duo de potioribus cauſis propter quas nocet ſomn᷒ diurnus ſunt prima quidem q: cito interrūpitur propterea ꝙ calor digi trahit verſus exteriora calorē corporis ꝛ ecōtra ſomnus ad interiora vnde motus ꝓuenit agitatiu᷒ ꝛ ideo ꝯſulitur tunc dormire volentibus ꝙ in vmbra dormiant ꝛ in tenebroſo loco. ſecunda vero propter ea ꝙ reddit naturam ſtupidam ꝛ quaſi perterritam retrahentem ſe ab eo in quo erat ſcꝫ a digeſtione cibi. Aduertendū tamē eſt ꝙ licet ſomnus diurnus generaliter vituperet͛ et nocturnus cōmendetur. ex diurno tamen ille minus vituperatur q: mane eſt vſqꝫ ad terciam ſcilicet ab ortu ſolis vſqꝫ ad terciam poſt ipſum. Iuxta illud ypocratis pronoſticoꝝ ſecunda dicētis. Somnus vt moris eſt ꝯueniens ꝛ naturalis vt noctem non effugiat ꝛ diem non impediat eſt laudabilis. contrarius vero eſt improbandus nimis tamen ſi a mane vſqꝫ ad terciam tenuerit. Quāꝙ tamen ſomnus diurnus ꝛ meridianus in tantum a primis medicine inuentoribus deteſtetur. moderno tamen tēpore non omnis ſomnus diurnus eſt vituperandus et proprie ſi in eo quinqꝫ conditiones obſeruentur vt vult bartrucius. Prima eſt vt ſit ꝯſuetus ſecunda vt non ſit illico ſupra cibum. tercia vt non ſit capite depreſſio. quarta vt non ſit longus. quinta vt non fiat ab eo ſubita ſtupida ꝛ repentina expergefactio ſed moroſa.

## Quatuor ex vento veniunt in ventre retento.
## Spaſmus idrops colica vertigo quatuor iſta.

In hoc textu autor ponit quatuor nocumenta prouenientia ex retentione ventoſitatis in corpore noſtro. Quorum primum eſt ſpaſmus. Cuius cauſa eſt quia ventoſitas retenta ſepe capit raptum ad iuncturas et neruos ipſos replentes ex quorum re-

pletione ſequitur ipſorum contractio que vocatur ſpaſmus . Et
ab Auicen.ij.iij.c.de ſpaſmo. ſpaſmus ſic diffinitur. Spaſmus
eſt egritudo neruoſa qua mouentur lacerti ad principia ſua et
inobedientes ſunt in dilatione eorum . Et iſte ſpaſmus eſt du-
plex. Nam quidam eſt ex repletione in quo membrum abbre-
uiatur et ingroſſatur propter rem implentem ſicut corium aut
corrigia cum eſt res implens abbreuiatur ꝛ ingroſſatur et iſte
ſpaſmus fit ſubito . Alius eſt ex inanitione in quo contrahitur
longitudo et latitudo et minoratur membrum ſcd̄m longum et
latū ſicut in pergameno cū apponit̄ igni fit ꝯtractio ſcd̄m longū
ꝛ latum ꝛ iſte ſpaſm⁹ fit paulatiue. Scd̄m nocumentū eſt ydro-
piſis que eſt morbus materialis cauſatus ex re frigida pluri-
ma ingrediente et inflante membra aut loca partium in quibus
regimen .id eſt. digeſtio ciboꝝ fit ꝛ humoꝝ vt dicit bartrucius .
ydropiſis enim nō generatur niſi cū ſanguis nō generatur vt di
cit gali. ſexta particula amphoriſmoꝝ in ꝯmēto illi⁹. Emorroi-
des ſananti antiquas. Et eſt triplex ydropiſis ſcꝫ yposarcha. aſ-
chites ꝛ timpanites . ꝛ de timpanite intelligitur iſtud ſcd̄m nocu
mentū. Timpanite eīn vt dicit bartrucius fit a mala ꝯplectione
frigida ſtomachi ꝛ epatis ꝓhibente cibum tranſmutare in chi-
lum ꝛ humorē benignū aut ſanguineū quare ꝯuertitur in rem
ventoſam que dum nō expellit̄ p eructuationē aut aliunde opi-
latione viaꝝ prohibēte vel virtute expulſiua vel ſequeſtratiua
ſeu perfluitatū debili exiſtēte colligit̄ inter ciphac ꝛ mirach vē
tris ꝛ cauſat ydropiſim. Terciū nocumentū eſt colica q̄ eſt egri-
tudo multū doloroſa facta in inteſtino dicto colon quod eſt vnū
de inteſtinis groſſis quemadmodum yliaca eſt egritudo dolo-
roſa facta in inteſtino gracili dicto ylion. ꝛ fiunt dēte egritudi-
nes ſepe ex ventoſitate incluſa in dictis inteſtinis. Quartum no-
cumentum eſt vertigo et eſt egritudo cum qua videtur homini
ꝙ omnia voluātur in girum. Cui⁹ egritudinis cauſa eſt vētoſi-
tas ad cerebrū mota que propter eius in cerebro motionē verti-
ginem facit. Et iſta quatuor nocumenta cum quibuſdam alijs
pulcre ꝯmemorat Auicen.xviij.trac.iiij.c.de rebus que nocent

colicis dicens. Et ſcias q̄ retentio ventoſitatis multociens facit accidere colicā Propterea q ſubleuat eam ⁊ exprimit ipſam ita vt aggregetur res vna ⁊ q facit accidere debilitatē in inteſtinis Et qn̄q ꝑducit illud ad ydropiſim. Et qn̄q generat tenebroſitatem ⁊ viſus vertiginē ⁊ epilentiā. Et qn̄q retinetur in iūcturis et facit accidere ſpaſmū.

## Ex magna cena ſtomacho fit maxima pena
## Ut ſis nocte leuis ſit tibi cena breuis.

In hoc textu autor ponit vnum documentum pro ꝯſeruatione ſanitatis dicens. q homo in cena debet eſſe ſobrius ⁊ ſe non multum cibo replere quia nimia repletio nocturna inducit impedimentum ſomni. tortionem venis. inquietudinem corporis. puſtulas in facie. grauitatem capitis in mane ⁊ malitiam oris. Dubium iam incidit vtrum maior quantitas cibi ſit ſumenda in prandio q̄ cena. pro cui⁹ deciſione aduertendū eſt q ſcd̄m diuerſitatem corporꝝ maior aut minor quantitas cibi ſumenda eſt in prandio q̄ cena. quia corpora aut ſunt in morbum decidenda. aut ſub latitudine ſanitatis. Si in morbum deciderint. aut cum humoris vicio. aut ſine humoris vicio. Si ſine humoris vicio. ſic eſt magis cenandum. Cuius ratio eſt quia natura in talibus ſolum eſt ciborꝝ digeſtioni intenta non autē ſuperfluitatū maturationi carent enim eis. q ſi cum humoris vicio patiantur cōuenientius eſt prandiū maiorare. Unde .i.iij. tractatu quinto .c. de cura epilentie. Jlle cuius conſuetudo non tollerat vt ſemel reficiatur diuidat cibum ſuum qui eſt minor refectione ſua in tribus partibus ⁊ ſumat duas tercias in prandio ⁊ terciā in cena poſt exercitium ſubtile. Ratione ſic perſuadetur quoniam illo tempore quo natura debilis iuuatur in digeſtione calore ſolari viuifico et reſoluuntur amplius ſuperfluitates amplior ſumendus eſt cibus hoc autem magis fit in prandio q̄ in cena ergo ⁊c.

Preterea in die calor vitalis adeſt ſolaris et lucis digeſtiuus cum ſit vite principium quare ad digeſtionem diurnalem

tunc duplex operabitur calidum nocte vero nō. Etetiam nocte natura magis eſt circa ſuperfluoꝝ digeſtionē in talibus intenta non eſt ergo impedienda multa ciboꝝ exhibitione. Quamuis enim calor in pleriſqꝫ fortificetur in nocte ſpirituū retractione et ſomni reductione non tamē poteſt hm̄oi calor duo vt alimentū et ſuperfluitates digerere. Conuenit itaqꝫ in his cenam breuiare. Si vero hm̄oi corpora ſub latitudine fuerīt ſanitatis. aut ſunt ſufficienter ſana robuſta ſuperfluitatibus ſenſibilibus carentia cum omnes expellant ſua via vt athelete ꝛ hos expedit cenam maiorare. Tum qꝛ natura coꝝ nocte ſolum eſt digeſtioni ciboꝝ intenta ꝛ non ſuperfluoꝝ maturationi cum illis vere careant. Tum qꝛ ſolum robur corporis intendunt qd̄ ꝛ nocte acquiritur magis cum amplior fiat ſanguificatio diſtributio ꝛ ſpirituum in his generatio. Si autē corpora fuerint a dicto temperamento ꝛ robore diſtantia ſicut ſunt plurima vſqꝫ in egritudinē nunc deuenientia talia aut exercitantur exercitio forti continuo ꝛ vehementi aut nō. ſi ſic vt ſunt victū manibus q̄rentes melius eſt eis prandiū ſuper cenam maiorare. Cuiꝰ cauſa eſt qꝛ alimentū nō ſolum expetitur propter nutrire ſed propter humectare membra ac irrorare ne areſiant ex forti motu ꝛ reſiſtat reſolutioni caloris propter quod oportet plus cibi exhiberi in prandio. neqꝫ propter exercitiū talia corpora ceſſant ab coꝝ digeſtione cū ita ſint conſueti. vſus eñ eſt res preter naturam. Eſt ꝛ calor vehemens propter exercitium potens ſuper digeſtionem in eis. propter quod videmus eos ter in die cum appetitu comedere ꝛ bene digerere. ſi aūt non vtantur forti ꝛ laborioſo exercitio ꝯtinue ſicut predicti dupliciter illud euenit. qꝛ aut ſolum q̄nqꝫ vtuntur exercitio forti laborioſo et non continue. aut ſolum vtuntur exercitio debili cū quo ſtat multiplicatio ſuperfluitatū. Si vtantur exercitio plurimo forti ꝛ laborioſo propter occupationes neceſſarias in vita ꝛ ad ſalutem ſicut ciuiles viri ꝙ plures circa bona fortune negociantes et ſalutem interdum exercitio forti ꝛ laborioſo mouētur vt diu equitantes vel itinerātes aut aliud qd̄dam fortius a ꝯſueto agentes exercitio Et his vtilius eſt cenam

ſuper pꝛandium amplius augere. Cuiꝰ ratio eſt qꝛ ſi tales pꝛan-
dium augerent cum non ſint conſueti adeo foꝛti ⁊ laboꝛioſo ex-
ercitio agitari vt pꝛioꝛes ipſoꝝ iam coꝛrūpetur digeſtio maloꝝ
humoꝝ generatiua. Jtem propter motum ſuperfluū caloꝛ hoꝝ
diſſeminatione eſt debilitatus cuiꝰ quidē vnctio que magis no-
cte fit ꝙ̄ die potiſſima eſt foꝛtitudinis ⁊ digeſtionis cauſa quare
in cena inſtante nocte alimentum amplius poteſt adminiſtrari:
Jtem iſti prius nō laboꝛioſo vtebātur exercitio. ⁊ ſic coꝛpus eoꝝ
humiditatibus plenū eſt quibus ⁊ paruo cibo ſufficienter pōt re
ſiſti reſolutioni ⁊ exſiccationi factis ꝑ motū in die occurrentē. Si
vero paucis debilibus exercitijs ⁊ paruis occupationibus in vi-
ta vtantur p̄cipiendū eſt ipſis melius pꝛandere ꝙ̄ cenare. Et de
claratur iſtud ſicut in coꝛpoꝛibꝰ nunc egrotātibus apparuit. Cū
eñ hi ſunt debilis digeſtionis vt plurimū iuuātur ꝑ caloꝛē ſolis
et lucem valde viuificos ꝯfoꝛtatur eñ inde ſpiritus ꝓpter ſuum
ſimile. Jpſe eñ eſt lux. aut effigiē habet lucis ſcd̄m Aui. Juuant
etiā qꝛ ſuꝑfluitates tunc melius expellūtur poꝛis apertis de die
ꝙ̄ de nocte. Preterea nocte nō opoꝛtet eos multo cibo ſed pau
co repleri. cum natura tunc intenta eſt magis circa digeſtionem
humoꝝ crudoꝝ quos ſomnus habet maxime digeretur ac ad be
nignum reducere. licet eñ nocte digeſtiua foꝛtificet virtus nō tñ
adeo ꝙ valeat cibū ⁊ ſuperfluitates digerere. Aduertendū eſt in
ſuper ꝙ in exhibitione cibi maioꝛis aut minoꝛis in pꝛandio ꝙ̄ ce
na maxime ſeruādus eſt vſus. qꝛ ꝯſuetudo eſt res maxima in cō
ſeruatiōe ſanitatis ⁊ egritudine curāda ſcd̄o regiminis acutoꝝ
qd̄ oſtendit ex eo ꝙ eius mutatio ⁊ maxime ſubita vehementer
eſt leſiua. Unde dama. mutare ꝯſuetudinē nociuū eſt ⁊ moleſtū
⁊ p̄cipue ſenibus. Et ideo pꝛaue ꝯſuetudines abolende ſunt ſed
non mox eo ꝙ natura nō ſuſtinet repentinas mutationes Et ſic
ꝑꝫ ꝙ vniuerſalius maioꝛandū eſt pꝛandiū ſuper cenā cū pluri-
me egritudines ſunt materiales ⁊ plurima coꝛpoꝛa lapſa. Si tñ
ſolum ſemel in die comedatur meliꝰ eſt cibum in cena exhibere
niſi oculi aut cerebꝛum patiantur. tunc eñ melius eſt in pꝛandio
exhibere cum nō parū egrotantis nocet oculis ⁊ cerebꝛo. Ulte-

rins circa textum eſt notandum q̄ non ſolum repletio nocturna ſiue in cena nocet ſtomacho immo om̄is repletio cibi. generat em̄ opilationes. febres. putredines apoſtemata ⁊ lepram quia eſt cauſa indigeſtionis q̄ autē om̄is repletio nocitiua eſt ſtomacho declarat Aui. xiij. iij. trac. i. c. de rebus quarum vſu leduntur ſtomachus et inteſtina dicens. Ex rebus magis inimicis ſtomacho eſt repletio ⁊ propter illud nō augetur corpus guloſi qm̄ cibus eius nō digerit quare non creſcit ex eo corpus. Ille aūt qui cibo abſtinet dum tñ remanet aliquid appetitꝰ eius augetur qm̄ ſtomachus eius bene digerit cibū. Et ſic valde cauendū eſt ne ſtomachus torqueatur ⁊ multū grauetur ex cibi ita vt anhelitus anguſtietur ⁊ pulſus velocitetur. ⁊ ſilr repletio nauſeatiua ⁊ faſtidium inducens multū eſt euitanda ⁊ ſpecialiter ex malis nutrientibus. Nam ſi faſtidiū ſit ex groſſis nutrientibꝰ ꝓueniūt iuncturaꝝ dolores renū ⁊ podagra ⁊ groſſicies ſplenis ⁊ epatis et regulariter egritudines flegmatice melancolice. Et ſi faſtidiū ſit ex nutriētibus ſubtilibꝰ proueniūt febres acute ⁊ maligne ⁊ apoſtemata multū acuta. igitur euitanda eſt repletio nauſeatiua. non igitur tm̄ eſt comedēdum quin in ſtomacho maneat aliquis locus vacuꝰ nec ex toto debet deſideriū ſopiri ſed retineri debent alique reliquie appetitꝰ ⁊ hoc ſpāliter obſeruandum eſt in habentibus appetitū fortem. Sunt em̄ aliqui quoꝝ appetitus naturaliter multū ſopitus eſt et iſti forte debent plus comedere q̄ appetunt.

Tu nunquā cōedas ſtomachū niſi noueris āte
Purgatum vacuūqꝫ cibo quem ſumpſeris ante
Ex deſiderio poteris congnoſcere certo
Hec tua ſunt ſigna ſubtilis in ore dieta

In hoc textu ponūtur aliqua p̄cepta que homo ſane cupiens viuere neceſſario debet obſeruare āte ſumptionē cibi. Quoꝝ primum eſt q̄ homo nō debet ſumere cibū niſi nouerit ſtomachum ſuum eſſe purgatū a malis humoribus qd̄ fit per vomitū expel-

lendo humores putridos ꝛ malos in eo exiſtentes qꝛ ſi ſumere-
tur cibus p̄dictis malis humoribus in ſtomacho remanentibus
ex cōmixtione talium humoꝝ cum cibo cibꝰ ſumptus corrūpere
tur. Secundū preceptū eſt ꝙ homo nō debet ſumere cibū de no-
uo niſi p̄ſenſerit cibum p̄ſumptū in ſtomacho ſuo fore digeſtum ꝛ
ab eo euacuatū qꝛ nichil eſt deterius in humano corpore ꝙ̄ intro
mittere cibiſm ſuper alium qui nō eſt digeſtus ſed digerꝫ incipit
Nam ſuperaſſumptꝰ cibus prioris digeſtionē̄ inchoatā impedit.
Et digeſtio prioris ante cōplebitur q̄ tranſiens ad epar per ve-
nas meſeraicas ducet ſecum cibum ſuꝑaſſumptū indigeſtū vnde
crudi humores in corpore multiplicabūtur. Ulteriꝰ in textu po
nuntur duo ſigna euacuationis ſtomachi a cibo p̄aſſumpto. pri-
mū eſt deſideriū certum. id eſt. vera fames. Et ꝑ intellectu iſtiꝰ
ſciendū eſt ꝙ duplex eſt fames ſcꝫ vera ꝛ mendoſa. Ueram gali.
deſcribit. ij. amphoriſmoꝝ in cōmento illiꝰ canonis vbi dicit indi
gentia nō oportet laborare dicens. Certa fames eſt cū homo ci-
bo indiget vnde immenſus ſequatur appetitus. Sed mendoſa
fames eſt cibi appetitus corp̄e nō indigēte. Et ſic vt vera fames
fit ex conſtrictione ꝛ corrugatione venarū orificij ſtomachi proce
dentibus a ſuctione membroꝝ inanitoꝝ cibo indigentiū. ſic mē-
doſa fames ſolet ab his fieri que ſtringunt vt rugant orificium
ſtomachi membris cibo nō egētibus vt ab actu frigidis ſtipticis
aut acetoſis ꝛ iſtius ſigni ꝛ ſcdi p̄cepti p̄cedentis commemorat.
Aui. iij. i. doctri. ſcda. c. de eo qd̄ comedit. ſic inquiēs. Oportet
p̄terea ne aliquis comedat niſi poſt deſideriū neqꝫ in hoc tradet
cum deſideriū ebulierit. id eſt forte fuerit niſi mendoſum fuerit
vt ebrioꝝ deſideriū ꝛ habentiū faſtidiū qm̄ tollerare famem ſto-
machū putridis replet humoribus. Et poſtea eodē caplo dicit.
Et neqꝫ ipſe neqꝫ omnes qui ſanitatem hr̄e volunt aliquid come
dant niſi deſideriū fuerit certū ꝛ ſtomachus ꝛ ſuꝑiora inteſtina
a primo nutriente euacuata fuerint. quod enim in corpore exi-
ſtit deterius eſt nutriens ſuper nutriens quod non eſt digeſtum
mittere. Secundū ſignum quod ſignificat ſuper certo deſiderio
ſiue certa fame eſt ſubtil' dieta p̄cedens. id eſt. parua adminiſtra

tio cibi.qñ enī illā ſequit̃ fames ſignificat̃ eſſe certa ⁊ vera. Sciē dum eſt inſup ꝙ in vna et eadē refectione peſſimū eſt ſimul multos et diuerſos cōiungere cibos. vt carnes et piſces vel pullos et porcū. et poſtea ꝓlongare tēpus in comedendo. quia primus cibus iam digeri incipit cū aduenit vltim⁹/ et ſic partes cibi diſſimiles fiunt in digerendo ſic ꝙ preaſſumpte prius digeſte ſunt ꝙ poſtremo ſumpte ſue digeſtionis medium attigerint: vnde fit ꝙ quedā corrumpūt alias. Et iſtud innuit aui. iij. i. doc. ij. c. de eo qđ comedit dicens. Et nihil quidē deterius eſt ꝙ diuerſa nutrimenta ſimul adiungere et poſt hoc in comedendo tempus ꝓlongare. cū enī poſtremū nutriens aduenit primū iam incipit digeri. nutrientis ergo partes in digerendo nō ſimilant̃. Sciendū eſt tñ ꝙ prolongatio in comedendo moderate facta fere vna hora gratia bone maſticationis et tranſglutiōis eſt laudabilis ⁊ plurimū ꝯferens ad conſeruationē ſanitatis: quia perfecta cibi maſticatio cū moroſa tranſglutiōe ſiue ingluuie eſt veluti media digeſtio. ſed mala maſticatio vel digeſtionē cibi impedit vel vehementer retardat. Sed ꝓlongatio in comedendo cū interlocutionibus et pauſis duabus vel tribus horis eſt plurimū nociua et ſequūtur ex ea nocumenta preenarrata.

## Perſica. poma. pira. lac. caſeus. et caro ſalſa
## Et caro ceruina. leporina. caprina. bouina.
## Hec melancolica ſunt infirmis inimica.

In hoc textu tangunt̃ decē cibi ſiue alimenta melancolicā generatiua aut infirmis inimica. Quoꝝ primū eſt comeſtio perſicorū. de quibus Gal'. ij. alimē. c. xix. dicit. ꝙ et horū ſuccus et qđ velut caro facile corruptibilis eſt. et oīno quidem prauus quare non oportet ſicut quedā eſt poſt aliud alimentū offerre: corrumpuntur enī ſupnatantia. Meminiſſe autē oportet huius qđ commune in omnibus quecūꝗ cacochima humida lubrica et facile ſubire potentia: propter hoc oportet ipſa comedere priora alijs

ſic enī ipſa celeriter ſubeunt et illis viam faciunt. vltimo autem
ſumpta ſimul corrūpunt et alia. Et ita patet ꝙ iſtud dictū debet
intelligi de perſicis comeſtis poſt cibū alium: quia ipſa ſumpta
ante cibum bona ſunt ſtomacho / ventrē lenientia atqꝫ appeti-
tum ꝓuocantia. Juxta illud Aui. ij. canonis. c. de perſicis dicē-
tis. Matura ſunt bona ſtomacho et in eis eſt virtus faciendi ap-
petitum cibi. Et ſubdit Auicē. Et oportet quidem vt nō comedā-
tur poſt alium cibum: quoniā corrumpūtur poſt eum: ſed prece-
dant ante cibum. Similiter ſerapion in aggregatore. c. de eis au
ctoritate diaſcoridis ait. Matura ex perſicis ſunt bona ſtoma-
cho et molliunt ventrem Jmmatura vero ſtringunt et quādo de
ſiccantur ſtringunt fortius. et decoctio ſiccoꝝ quādo ſcꝫ bibitur
prohibet fluxum humiditatum ad ſtomachum et ventrem et qñ
trita ſuper locum puluerizant: vnde fluit ſanguis abſcindēt eum
Et licet prenarrata habeant iuuamēta: quia tamē humorem ge
nerāt putrefactibilem: nocitiua ſunt infirmis / et maxime quādo
indebite ſumūtur. Et ſunt perſica frigida in primo gradu: et hu-
mida in ſecundo. Secundū eſt pira ſiue comeſtio piroꝝ. Et cauſa
eius eſt: quia pira ⁊ generaliter oīs fructus recens nō correctus
replet ſanguinē aquoſitate ebuliente in corꝑe: ⁊ ſic preꝑant ſan-
guinem ad putrefactionē / et ꝑ ꝯſequens nocent egris. Pira ſimi
liter vt dicit Aui. ij. canonis. c. de eis a ꝓprietate inducut colicā
Jpſa tamē inter ceteros fructus multum impinguant: ꝓpterea
porci ex ipſis piris impinguātur pluſꝙ ab aliquibus alijs fructi
bus. Et quia pira ventoſitatē generāt ⁊ ſic inducunt colicā. vſus
habet ꝙ pira ⁊ alij fructus ventoſitatē facientia cum carminatiuis
id eſt ventoſitatē expellentibus comedāt. vel poſſumus obuia-
re nocumēto ipſorum ſuꝑbibendo vinū vetus odoriferū. et meli-
ora pira ſunt que magis odorifera ſunt et magis dulcedine parti
cipantia. et etiam meliora ſunt decocta ꝙ cruda. ⁊ poſſunt deco-
qui cum aniſo / feniculo / et zuccaro. Tertiū eſt comeſtio pomorū
de quibus dicit Auicē. ij. canonis. c. proprio ꝙ aſſiduatio come-
ſtionis coꝝ facit euenire dolorem neruoꝝ. Et poma etiam ma-
lam habent ꝓprietatem in generando ventoſitatem in ſecunda

digeſtione quare nocēt egris. et etiā propter ſimilem cauſam illi que dictā eſt de piris Et iſta dicta de piris et pomis maxime intelligenda ſunt de ipſis crudis et nō de ipſis coctis. Et nedum iſti fructus ab infirmis ſunt vitandi: ymmo omnes fructus implentes ſanguinē aquoſitate ebuliente vt fructus recentes quorum ſuccus in humano corpe ebulit ſicut muſtum. et ſuccus fructuū ebuliunt exteriꝰ ī vaſe/ et hoc ꝑpter calorem ſolis de celo tū in eiuſcum maturabātur. Iſti enim fructus propter ebulitiones ſucci eorum preparāt ſanguinē ad putrefactiōes: nec pro hora qua ſumūtur iuuamentū preſtent humectationis. Et de hac cauſa Aui. febricitantibus ꝓhibuit fructus maxime recentes. i. iiij. trac. ij. c. vij. dicens. Et omnes fructus nocent febricitanti cum ebulitione ſua et corruptione in ſtomacho. Quartum eſt comeſtio lactis Cuius cauſa eſt/ quia lac de leui corrumpitur et in fumū aut acetoſitatem cōuertitur in ſtomacho īmundo ſicut vt ꝑ lurimum eſt ſtomachus febricitantis febre putrida: et ergo febricitātibus febre putrida non cōceditur. Et ſimiliter malum eſt habentibus dolorem capitis et ſiticuloſis et pluribus alijs. de quibus loquitur ypocras quinta particula amphoriſmorū amphoriſmo illo. Lac dare caput dolentibus malum etc. Uerum eſt tamen ꝙ in aliquibus paſſionibus conuenit. ſicut in ptiſi et ethica/ et aliquibus alijs prout etiam dicit ypocras amphoriſmo iam allegato. et etiam inferius aliquid dicetur ibi. Lac ethicis ſanum etc. Et licet lac in predictis paſſionibus vituperetur. In ſanis tamen laudabile eſt/ et hoc ſi in ſtomacho et epate bene digeratur. tunc enim inteſtina lauat ſua aquoſitate/ et mundificat butiroſitate ſua humoribus venenoſis repugnat/ membra humectat/ caſeitate ſua vulnera pectoris iuuat/ et pulmonis gutturis. renum quoqꝫ et inteſtinorum et veſice. morſuram acutorum humorum in inteſtinis mitigat: quia viſceribus inuiſcatur et humorum prohibet morſum. Preterea cōuenit lac corporibus temperatis/ quorum ſtomachus mundus eſt a colericis et fleumaticis humoribus. In his enim lac bene digeſtum multum dat nutrimentū/ laudabilem ſanguinem generat/ carnē augmentat/ to-

tum corpus laudabiliter humectat: exteriora pulchra facit vt refert yſaac in dietis vniuerſalibus. Et ibi etiā auctoritate Ruffi dicit ꝙ lac bibentes ieiunos eſſe oportet et bibat calidum cū exeat vbera neqꝫ aliquid comedat quouſqꝫ digeratur et labor et nimius motus caueat. Non eſt tamen quieſcendū omnino a deambulatione: ſed deambulandū eſt ſuauiter quouſqꝫ ī ſtomachi fundum deſcendiſſe ſentiatur. Jn diſtemperatis vero corporibꝰ lac non conuenit. Jn calidis enī corporibus cito mutat in fumoſitatem et coleram. in frigidis vero in acetoſitatē et putredinem. Jn ſtomacho etiā immundo lac nō conuenit quia in eo corrumpitur. Circa electionē autem lactis ſciendū eſt ꝙ magis eligendum eſt lac mediocre in via nutrimenti et non ſubtiliſſimū. ſicut lac cameli aut etiā aſininū. neqꝫ pinguiſſimū et groſſiſſimū. ſicut lac vaccarū et pecudum. Eligendū eſt igitur lac capre. nō enim habet tantū aquoſitatis ſicut lac cameli qđ non eſt aptū ad nutriendum rōne nimie humiditatis / ſed vētris ſubductiuū. nec habet tantū pinguedinis et groſſiciei ſeu caſeitatis ⁊ vnctuoſitatis ſicut vaccarū et pecudum: qđ propter groſſiciem et vnctuoſitatē eſt venarū opilatiuū / ventoſitatū generatiuū / et difficilioris digeſtionis ꝙ̄ ſit neceſſariū in regimine ſanitatis. Eligatur igitur lac capre nō nimis ꝓpinque partui / nec nimis diſtantis a partu non pinguātis nutrite in bonis paſcuis et in tempe quo reperiunt meliora paſcua. Quintū eſt comeſtio caſei. et poteſt intelligi de omni caſeo / maxime tamē de veteri. Cuius ratio eſt. quia caſeus recens eſt frigidus et humidus et groſſe ſubſtantie et difficilis digeſtionis et opilatiuus et lapidis generatiuus ⁊ nō multū competit via cibi in regimine ſanitatis. Et caſeus vetus eſt calidus et ſiccus propter ſal. facit cibum digeri et difficulter digerit parum nutrit et male in ſtomacho nocet et nimis deſiccat et minus competit ꝙ̄ recens. Et ſi aliquis caſeus eſt medius inter nouū veterem et viſcoſum et frangibilem durum et mollem et parū declinans ad aliqualem dulcedinē. non nimis ſalſus / nō lachrimoſus / cum inciditur ſaporis delectabilis et boni odoris. cuius in ſtomacho mora non diuturna ex bono lacte ꝯueniēter factus

ſufficienter vnctuoſus.talis vtiq; caſeus bonus eſt/et inter alios
magis eſt diligendus.et poſt cibum ſumptus non multa quanti
tate/multa vero quantitati ſuperatꝰ in via cibi vniuerſaliter eſt
malus/ſtomachum grauans et inobediēs digeſtioni.et opilatiuꝰ
et lapidis in renibus et humoꝝ groſſorum in corpore et ventoſi
tatū generatiuus.Solum igitur ille caſeus eſt bonus quem dat
auara manus.Sextū eſt caro ſalſa.Caro enim ſalſa ſiue ſalſe ſi
ue fumo exſiccata cuiuſcūq; generis aut animalis fuerint gene/
rat ſanguinem groſſum et melancolicū.et ꝑ conſequens nocȝ in/
firmis/nec eſt conueniens ſanis.Et iſtud innuit Aui.ij.i.doc.ij.
c.xv.in fine dicens.Et exemplum ſpiſſi pauci nutrimēti mali cibi
mi id eſt mali humoris eſt caro ſalita. Septimū eſt caro ceruina
que ſimiliter eſt ſanguinē melancolicum generans/teſte Raſi.iij.
almanſoris.c.de animalibus ſilueſtribus et domeſticis.Octauū
eſt caro leporina que ſimiliter ſanguinis melancolici eſt genera/
tiua.Dicit enim Raſis de ea loco prealle.Ipſa enī plus alijs me
lancolie generatiua eſt.Et de iſta etiā dicit yſaac in dietis vniuer
ſalibus ꝙ non conuenit in via cibi/ſed ſolum ī via medicine. Et
eſt ſciendum ꝙ iſta caro leporina et ſimiliter ceruina cū ꝑuenerit
ad antiquitatē ſimpliciter ſunt euitande.ſi tñ aliquo modo ꝑue/
niant meliores ſunt iſte carnes cū partui ſunt ꝓpinque vt ſicci/
tas eaꝝ obtemperet ab etate ⁊ etiā ſunt euitande:niſi ſint pingues
nam ex earū pinguedine obtemperatur ſiccitas.Nonū eſt caro ca/
prina.Decimū eſt caro bouina.quia iſte carnes etiaȝ ſunt carnes
melancolice.Nam yſaac in dietis vniuerſalibus de eis dicit.Ca/
ro caprina et bouina ſunt peſſima dura in digeſtione tarda. ⁊ di
geſta groſſum generant ſanguinē et melancolicū. Et Auicenna
ſecundo canonis de carne caprina dicit.Caprina vero non eſt bo
na multū/et eius humor fortaſſe eſt malus valde. Et ſub iſtis
etiam intellige carnem hircinam et vaccinā que peiores ſunt p̄/
dictis carnibus ſcȝ caprinis et bouinis.Nam de eis dicit Auicē
na ſecūdo canonis.c.de carne.Et caro vaccina et ceruoꝝ et hir/
corū ſilueſtrium et magnarum auiū facit euenire febres quarta/
nas.Et de carne vaccina adhuc dicit ꝙ caro vaccina plurimi nu/

trimenti eſt groſſa melancolica generans egritudines melancolicas. Et vlterius dicit ꝙ caro vaccina generat lepram. Et de carne hircina dicit ꝙ eſt mala abſolute. Quia iam textus locutus eſt de carnibus vitandis/ et maxime animalium quadrupedum videndum eſt vlterius de carnibus eligendis animaliuꝫ quadrupedum. Et quia circa electionem carniū animaliū quadrupedum controuerſia videtur inter auctores medicine. Quidam enim dicunt carnes porcinas eſſe meliores ſicut Galienus et quidam alij. Alij vero dicunt carnes edinas eſſe meliores ſicut Raſis Auicēna et Auerrois. licet Auer. v. colliget imponat Auicē. ꝙ dixerit carnes porcinas eſſe meliores/ quod tamē non dicit auctoritate propria/ ſed auctoritate chriſtianorum. Alij vero vitulinas laudant pre alijs carnibus. Scdm eſt ꝙ electio et melioritas carniū animaliuꝫ quadrupedum poteſt multipliciter attendi. Primo modo ex parte maioris nutrimēti et irreſolubilioris et carnibus humanis ſimilioris. Et iſto modo caro porcina ceteris eſt melior. Primo propter maximā ſimilitudinem quam habet cum carnibus humanis. teſte Galieno. iij. alimentorū vbi dicit. Porcine autem carnis ſimilitudinem ad homines ad diſcere/ eſt ex eo ꝙ quidam comederūt humanas carnes vt porcinas nullam ſuſpitionem habentes ſcdm guſtum ipſarum ⁊ odorem. Et auicenna. ij. canonis. c. de ſanguine ait. Sanguis hominis et ſanguis porci ſunt ſimiles in omni re. ita vt quidam fuerunt qui vendebant carnem hominis acſi eſſet caro porci. et occultatum fuerat illud vſqꝫ quo inuenti fuerunt in ea digiti hominis. Et iſtud idem ſentit ſatis Auerrois. v. colliget. c. de carne. Secundo quia caro porcina valde nutritiua eſt. Nam dicit Galienus. iij. alimentoꝝ. Omniū eduliorum caro porcoꝝ eſt maxime nutritiua. et huius experientiam euidentiſſimam habent athlete Et poſtea eodem libro ait. Porcorū carne nullum aliud amplioris nutrimenti habebis ſumere. Tertio quia generat alimentū ſtabile fortiter reſiſtens reſolutioni. Et iſta fuit mens Galieni in paſſibus vbi non parum prefert porcinas carnes ceteris car-

nibus .ſcilicet in octo .de ingenio .vbi dicit ceteris carnibus por
cina laudabilior eſt ſi porcus montana incoluerit. poſt porcum
edus. Et ſimiliter in .v .terapentice vbi dicit quadrupedum
caro laudabilior eſt porcina in calore et humiditate temperata/
eiuſq cibus plurimus et ſanguis ab ea generatus omni meli-
or eſt ſanguine. Et iſtud veritatē habet de carne porcorum non
antiquorū/ quia eorum caro indigeſtibilis eſt/ nec iuuenū ſiue
lactantium: quia caro eorum humidiſſima eſt/ ſed etate medio-
crium .puta vnius anni vel duorum tam domeſticoꝝ ꝙ ſilueſtriū
veriſimilius tamē eſtimandum eſt ꝙ porci ſilueſtres ſunt dome-
ſticis meliores/ quia carnes porcorum domeſticoꝝ ſunt plus de-
bito viſcoſiores. Et de carnibus porci ſilueſtris ſiue apri dicit
Auicenna .ij .canonis .c .de carne. Chriſtiani vero dixerunt et q̄
eos imitantur ꝙ melior caro ſilueſtris eſt caro porci ſilueſtris.
nam cum hoc quod eſt leuior carnibus domeſtici porci eſt fortis
nutrimenti et plurimi/ et eſt velocis digeſtionis ⁊ eſt melior ꝙ̄
eſſe poteſt in hyeme. Et ex iſto vlterius ſequitur ꝙ predicte
carnes porcine multum laudabiles ſunt corpibus iuuenibus ſa-
nis et fortibus laborātibus nō diſpoſitis ad opilationes .et his q̄
impinguari querūt/ quia talia corpa indigent plurimo nutrimē-
to et difficulter reſolubili. Et ergo dicit Raſis .iij .almanſoris .c.
de virtute carniū. Caro vero groſſa multū laborantibus conue-
niens eſt: ſubtilis vero his qui predictis ſunt contrarij ꝯuenit.
Et idem vult Aui .iij .i .c .de regimine eius quod comeditur di-
cens. Exercitati preterea et multi laboris magis ſunt tolerātes
nutrientia groſſa. Alio modo poteſt attendi melioritas et ele-
ctio carniū ex parte temperate complexionis earum facilis di-
geſtionis et ſanguinis ex ipſis generati temperantiam: vt ſcilꝫ
illa caro dicat̄ melior que temperate eſt complexionis/ facilis di
geſtionis/ ſanguinem generans temperatum in caliditate ⁊ fri-
giditate/ ſubtilitate et groſſitate. Et iſto modo caro edulina eſt
melior et laudabilior ceteris .vt vult Raſis Auicenna et Auer-
rois. Nam dicit Raſis .iij. almanſoris capitulo de animalibus

ſilueſtribus et domeſticis. Edulina caro eſt temperata nullam
in ſe habens macie admixtionem. que licet temperatũ generet
ſanguinẽ/laborantibus tamẽ non congruit cui nulla alia caro ꝑ
ferenda eſt. Non eſt enim adeo debilis vt ex ea virtus minuatur
neqꝫ eius nutrimentũ adeo multum eſt et groſſum vt ex eo pro-
ueniat repletio/et groſſus generet ſanguis. Sanguis quoqꝫ qui
ex ea generatur inter ſubtilẽ et groſſum ac inter calidũ ⁊ frigidũ
exiſtit. Et iſta caro non cõuenit multum laborantibus/ſed iuue-
nibus temperatis exercitio mediocri vtentibus. quia iſta caro ge
nerat ſanguinẽ forti exercitio vel labore faciliter reſolubilẽ/licet
nõ exercitio mediocri. Et ſicut quo ad iſtam intentionẽ caro e-
dina inter carnes domeſticas/ita caro capreoli inter carnes ſil
ueſtres eſt melior. Et poſt iſtam carnẽ edinam plurimi medico-
rũ ſicut Raſis ⁊ Auer. ponũt carnẽ arietinã. Et dicit Auer. v. col
liget c. de carne ꝙ hec eſt opinio maioris ꝑtis medicoꝝ ꝑter gal.
qui abhominat carnes arietũ. Et videtur ſibi ꝙ caro vituloꝝ eſt
melioris nutrimenti ꝙ arietina. Et forſan Gal. hic attendit me-
lioritatem nutrimẽti ex eo qđ eſt plurimũ nutrire et nutrimẽtũ
dare magis irreſolubile qđ magis videtur cõuenire carnibus vi
tulinis ꝙ arietinis/cum arietine magis humide ſint. Tertio mo
do poteſt attendi melioritas et electio carnium ex parte mino
ris viſcoſitatis et melioris odoris earũ. et ſic carnes vituline ſũt
meliores alijs carnibus. Et iſtud innuit Auerro. v. colliget. c. de
carne dicens. Et carnes vituloꝝ ſunt bone carnes ideo quia nõ
habent illam viſcoſitatẽ frigiditatẽ et ſiccitatẽ quã habent car-
nes bouine veteres et carnes eorum ſunt magis odorifere alijs
carnibus. et quantũ eſt in hoc meliores ſunt carnibus edulinis.
quia in carnibus edulinis manifeſtatur quedã muſcillago id eſt
viſcoſitas anteꝙ coquãtur. ſed carnes eduline ſunt meliores vi-
tulinis/quia meliores generant humores. Et ex iſto patet quo-
modo non eſt tanta cõtrouerſia inter auctores medicine ſuꝑ ele
ctione carniũ quanta prima facie apparet. Notandum eſt in
ſuper ꝙ carnes animaliũ ſicce complexionis meliores ſunt circa
partum ꝙ diſtantes multum a partu/ergo edi et lactantes vi-

tuli meliores ſunt hircis et bobus/quia ſua ſiccitas prime etatis humiditate corrigitur. Sed carnes animalium complexionis humide ſunt meliores diſtantes a partu et circa partum deteriores/quia ſua nimia humiditas proceſſu etatis exſiccantis ſcʒ iuuentutis corrigitur aut tollitur et ab humiditate prime etatis creſcit. Et ideo iuuenes caſtrati arietes ſcʒ vnius anni ſunt meliores ꝛ minus viſcoſi lactãtibus agnis. et porci vnius anni vel duorum meliores lactantibus porcellis. Et ergo bene dicit Auicẽ. iij. i. c. de regimine eius qđ comedit. Oportet autẽ vt cibus ſupple ſanitatis ↄſeruatiuus ſit talis quales ſunt carnes/et ꝓprie carnes edorum ꝛ vitulorum lactantiũ paruoꝝ et agnoꝝ annualium. Et ex iſtis omnibus ↄcluditur ꝙ carnes hircorum caprarum ꝛ arietũ et boum et porcoꝝ antiquoꝝ et ſpecialiter non caſtratorũ et porcellorum lactantiũ et agnorũ lactantium non ſunt multum cõuenientes in regimine ſanitatis. ſed carnes vitulorum iuuenũ et arietum annualiũ et porcoꝝ duorum annoꝝ vel vniꝰ etiam caſtratorũ ſufficienter cõuenientes ſunt eſui in regimine ſanitatis. Et eſt diligenter notandũ ꝙ carnes declinãtes ad ſiccitatem debẽt elixari/et declinãtes ad humiditatẽ debẽt aſſari vt earum humiditas temperetur. et ideo carnes cuniculorũ et leporum ceruorũ vitulorum et capriolorum debent elixari/et carnes porcellorum et caſtratoꝝ arietũ aſſari. elixatio enĩ obtemperat ſiccitatẽ. Et ex hoc patet ꝙ in tempꝛibus et complexionibꝰ humidis magis competũt carnes declinãtes ad ſiccitatẽ et aſſentur. Jn tempꝛibus ſiccis et cõplexione et etate ſiccis magis comedunt carnes declinantes ad humiditatem.

**Oua recentia/vina rubentia/pinguia iura**
**Cum ſimila pura nature ſint valitura.**

Jn hoc textu ponũtur tria alimenta que in modica quantitate multum nutriunt. Quoꝝ primũ eſt oua recentina/quia ſunt de his que in modica quantitate multum nutriunt. vt innuit

Auicenna ſecundo canonis .c. de ouis. Et idem vult .iiij .i .c. pri-
mo vbi dicit. Nutriens vero parue quantitatis et multi nutrimē
ti ſunt oua et gallorum teſticuli. Et illud idem in multis alijs lo
cis repetit. Circa electionē ouoꝝ ſciendum eſt ꝙ oua gallinarū
et perdicum et faſcanoꝝ iuuenū et pinguium ſunt bona in ſani-
tatis regimi᷑e et alijs ouis ſimpliciter meliora. vnde oua par-
uula longa ſunt bona. vnde Filia preſbiteri iubet ꝓ lege teneri.
ꝙ bona ſint oua candida longa noua. amplius oua tremula id
eſt per decoctionē aliqualiter inſpiſſata. vt in manu tenentis in
cortice ſuo videantur tremere ſunt meliora duris ⁊ ſorbilibus et
ſunt multi nutrimenti et facilis et bone digeſtionis. et generant
ſanguinē maxime cordi ꝓporcionalem. vnde conualeſcentibus
ſenibus et debilibus maxime cōueniunt: et maxime vitella. vn-
de Auicenna in tractatu de viribus cordis vult ꝙ vitella ouorū
animaliū bone carnis ſicut gallinarū perdicū et faſcanorū licet
nō ſint medicine cordi. multum tñ cor confortant. Et poſtea ſub-
dit ꝙ cito in ſanguinē cōuertunt. et poſt conuerſionē paucam ha
bent ſuꝑfluitatem ⁊ generant ſanguinē ſubtilem et claram. ⁊ er
go maxime ꝯfortant cor generando ſanguinē ei ꝓportionabile᷑
Et vlterius dicit ꝙ multū valent in diſſolutione ſubſtantie ſpūs
et diminutione ſanguinis cordis. Sorbilia vero oua facilis ſunt
digeſtionis/ et leniunt pulmonē/ et pectus/ et ventrē lubricant
et minus nutriunt ꝙ tremula. Dura vero oua per decoctionem
facta ad digerendum ſunt difficilia et nutrimentū exhibēt groſ-
ſum et tarde a ſtomacho deſcendens et tarde penetratiuum.
Notandum eſt inſuper ꝙ ex diuerſitate preparationis ouorum
etiam acquiritur eis bonitas vel malicia. Aut enim ſunt aſſata
aut elixa aut frixa aut in iure ſunt cocta. Aſſata elixis groſſiora
ſunt et ad digerendum duriora/ quia focus ſubſtantialem corū
humiditatem deſiccat. Et fiunt duobus modis. Aut enim cū cor-
ticibus inter calidos cineres ponūtur aut in teſtis franguntur:
In teſtis fracta peiora ſunt alijs. Illa autem que cum corticib᷒
inter calidos cineres ponūtur duobus fiunt modis. Aut inter ci-

neres ponuntur tota/ aut ſuper carbones partim diſcooperta· que in cineribus ponũtur tota ſunt peiora. quia cum calor foci circuat fumoſitates retinet. Diſcooperta ſuper carbones poſi-ta fumoſitatẽ emittũt et mũda fiunt. Elixa in aqua meliora ſunt ꝙ aſſata. quia aque humiditas calori foci in humiditate deſiccã da repugnat. Et fiunt duobus modis. aut enim cum corticibus elixantur/ aut infra aquam frangũtur. Cum corticibus peiora ſunt alijs/ quia cortices prohibent diſſolutionẽ fumoſitatum et groſſiciei. In aqua fracta calor aque temperate penetrat ⁊ groſ-ſiciem ſuam ſubtiliat/ et aufert ſibi grauitatem ſui odoris Unde huiuſmodi laudabiliora ſunt ceteris omnibus. Frixa ceteris pe-iora ſunt/ quia peſſimos generant humores/ et ſunt in ſtoma-cho morantia fumoſitatem et corruptionẽ inducentia et faſtidi-um facientia. In iure cocta inter aſſata et in aqua fracta ſunt mediocria. Et iſta colliguntur ex yſaac in dietis vniuerſalibus Sciendum eſt etiam ꝙ ouũ diuerſificatur ſcðm eius partes com ponentes. Nam vitellum in caliditate tem͠patum exiſtit. Albu-men vero frigidum eſt et viſcoſum dure digeritur et ſanguis eti am ex eo generatus non eſt bonus. vt habetur ex Raſi tertio almanſoris capitulo de virtutibus ouorum. Et ſicut oua pre-dicta ſcilicet gallinarum/ perdicum/ et faſeanorum ſunt conue-nientia in regimine ſanitatis/ ita oua anetum/ anſerum/ ſtrutio nũ et ſimiliũ volatiliũ minus cõuenientia ſunt in regimine ſani-tatis vel ſimpliciter euitanda. Secundũ eſt vinũ rubeum. Pro quo ſciendũ eſt ꝙ vina diuerſificantur in colore. Nam quedam ſunt alba quedam rubea clara/ quedam citrina/ et quedam ni-gra. vina enim alba debiliora ſunt ceteris minus calida et minꝰ nutritiua verum ſunt minus ledentia caput ⁊ magis vrine ꝓuo catiua et aperitiua. ꝙ ſunt debiliora ceteris. patz qꝛ ſcðm Gal. ſup. i. canone. iii. parti. regiminis acutoꝝ debile vinũ eſt qð mi-nus calefacit et minus replet caput. cum ergo vina alba minus calefaciunt ⁊ minus replent caput ceteris vt patebit debiliora erunt ceteris. Qð autem vina alba ſunt ceteris minus calida

tur. Ceruiſia eñ non bene cocta ventoſitates in ventre inducit
tortionem inflationem atqȝ colicam. Quintū eſt ꝙ ceruiſia de-
bet eſſe antiqua et a fecibus mundata non nimium recens. Re-
cens enim ceruiſia inducit eadem nocumenta que ceruiſia non
bene cocta ⁊ cum hoc de ſe facilime inducit ſtranguiriam.

## De qua potetur ſtomachus non inde grauetur

Hic ponitur vnum documentum circa vſum ceruiſie. et eſt ꝙ

Vtens ceruiſia debet ea vti tꝑate ſic ꝙ non grauetur ſtomachus
vel inducatur ebrietas. Ebrietas enim que ex ceruiſia prouenit
deterior eſt ea que ex vino eſt ⁊ magis durans cum de ceruiſia
fumi ⁊ vapores eleuati ad caput ſunt groſſi quare minus reſo-
lubiles ſunt ꝙ̃ qui ex vino eleuãtur. Et eſt hic ſciendũ ꝙ in prin-
cipio prandij vel cene ceteris paribus vtiliꝰ eſt incipere ſũũ po-
tum a ceruiſia ꝙ̃ a vino. Cuiꝰ cauſa eſt qꝛ in principio mẽſe cor-
pus eſt famelicũ. ⁊ ſic ſtomachꝰ ante principiũ ſumptionis cibi
famelicus erat ⁊ ſic traxit ſuperfluitates a membris. Si ergo vi-
num in principio menſe daretur ex quo natura maxĩe trahit vi-
num qꝛ de ſe maxĩe nutritiuũ ille ſupfluitates .ſ. a ſtomacho tra
cte ſimul cum vino ad partes corpis traherẽtur. ſed natura non
ita auide trahit ceruiſiam. Similr ceruiſia lauat humores adhe
rentes orificio ſtomachi. Et propter illam cãm medici ꝯſulunt
ꝙ in maxima fame debeat prius prouocari vomitus ꝙ̃ cibus ſu
matur vt ille ſupfluitates a ſtomacho famelico tracte euacuent
ne cõmiſceãtur cum chilo. Silr timens ſitim ex nimia potatione
vini debet bibere ceruiſiam. Ipſa eñ ſitim mendoſam reprimit.

**Temporibus veris modicum prandere iuberis**
**Sed calor eſtatis dapibus nocet immoderatis.**
**Autumni fructus caueas ne ſint tibi luctus.**
**De menſa ſume quantum vis tempore brume.**

In hoc paſſu determinatur de quantite cibi ſumendi ſcd̃m di
uerſitatem tempoꝝ quatuor anni que ſunt ver. eſtas. autumnꝰ
⁊ hyems. ⁊ dicit textus primo ꝙ tempore veris debemus modi-
cũ prandere. id eſt. paucũ ſumere cibum. Et idem vult Aui. ij. i.
doc. ij. c. vi. ⁊. iij. i. doc. v. c. de regĩe tp̃m cũ rectificatione aeris
Et ratio huiꝰ eſt vt ibidẽ etiam vult Aui. qꝛ tp̃e hyemis ꝓpter
geloſitatẽ exercitij prauitatẽ ⁊ reſolutionis ꝓhibitionẽ multi-
plicãtur hũores crudi ⁊ maxime fleumatici qui ꝓpter ꝓportio-
nalitatẽ temporis tũc maxime generãtur ⁊ iſti in interioribꝰ cor-

poꝛis quoadunantur ꝓpter frigus circūſtans. Uer aūt ſuꝑue=
niēs iſtos hūores crudos in interioꝛibus coadunatos eliquat et
facit eos currere ꝑ totū coꝛpus quare natura tūc multū occupat
circa digeſtionē eoꝝ. Si ergo tꝑe veris daretur magna ꝙ̄titas
cibi natura a digeſtione taliū humoꝝ fleumaticoꝝ impediret ⁊
diuerteret qꝛ ꝑ iſtos hūoꝛes ⁊ magnā ꝙ̄titatē ciboꝝ nimiū gra=
uaretur. ⁊ ſic tales hūoꝛes in coꝛꝑe manerēt indigeſti. ⁊ currē=
tes ad aliqͦd membꝛū illic egritudinē inducerēt. Et ergo ſum=
mopere cauere debemꝰ a magna ꝙ̄titate ciboꝝ in vere qꝛ dimi=
nutio ciboꝝ tali temꝑe eſt vnū de maxime ꝓſeruantibꝰ ab egri=
tudinibꝰ veris. vt vult Aui. ij. i. ſo. ꝑal. Et iſtud qͦd dictū eſt ma=
xime veritatē hꝫ de medio ⁊ fine veris ⁊ n̄ de initio eiꝰ qꝛ initiū
eiꝰ hyemi aſſimilat quare tunc hō pōt nutriri ſicut in hyeme. Et
iſtud etiā intelligendū eſt qn̄ ver inuenit coꝛpus repletū humoꝛi
bus fleumaticis crudis. Si eñ ver inueniat coꝛpus ꝑpatū in hu
moꝛibꝰ cibus in eo dādus eſt ſcdm menſurā caloꝛis innati ⁊ reſo
lutionē que fit a coꝛꝑe qꝛ tūc ablata eſt cā quare diminueret cibꝰ
⁊ iſtud voluit ypo. i. ampho. dū dixit vētres hyeme ⁊ vere cali=
diſſimi ſunt natura ⁊ ſomni longiſſimi. In his igit tꝑibus obla=
tiones ꝑles dande ſunt ⁊ eñ innatꝰ caloꝛ eſt multꝰ nutrimento
igitur indigēt amplioꝛi. Scdo dicit ꝙ nimia ſūptio cibi nocet in
eſtate. Cuiꝰ cā eſt qꝛ tūc tꝑis digeſtiua virtus eſt debilis cū ſpūs
⁊ caloꝛ innatꝰ q ſunt inſtꝛm virtutū multū ſunt debiles parum ⁊
reſoluti ꝓpter caloꝛē extrinſecū vehementē trahentē eos ad
exterioꝛa. et ergo multꝰ cibus nō poſſet digeri. Et circa iſtud ſci=
endū eſt ꝙ ꝓpter vehementiā reſolutionis humiditatū tam
ſubſtantialiū ꝙ̄ nutrimentaliū coꝛꝑis in eſtiuo tꝑe groſſioꝛ ⁊ ma
ioꝛ cibus exhibendus eſſet ſi virtus ſufficeret ad digerendū ta=
lem ⁊ tantū. ſed qꝛ nō ſufficit vna vice multū digerere cibū parū
et ſepe de eo dandū eſt iuxta illud Gali. i. amphoriſmoꝝ comen=
to illius canonis. Et quibus ſemel aut bis dicentis. In eſtate ci=
bus multotiens erit dandus ⁊ parū multotiens qꝛ indiget ꝓ
pter ſepiſſimā diſſolutionē. parum ꝓpter virtutis defectionem
Et licꝫ in eſtate parū de cibo ſit dandū: multū tñ de potu poteſt

dari cum tunc reſolutio maxima fiat ꝛ deſiccatio corporis ꝛ ele-
uatio caloris ſup humidũ ꝛ plus ſitiat homo ꝙ̄ alio tpe. Uerum
eſt tñ ꝙ potus vini ꝛ p̄cipue vinoſi puri minuēdus eſt. qꝛ tale vi
num eſt faciliter inflammabile ꝛ calorē iam acutũ eſtu violento
excādeſcere facit: et ergo ſi bibatur vinũ miſcēda eſt multa aqua
ꝛ dimittatur vinũ vetus ꝛ forte. Tercio dicit ꝙ in autũno debe-
mus cauere a fructibus ſaltē illius tpis vt vuis. perſicis. ficubus
ꝛ ſimilibus vel ſaltē nõ multũ de eis comedere qꝛ tales fructus
generant ſanguinē diſpoſitũ ad putrefactionē ꝓpter ebullitio-
nem quā in corpe et humorib⁹ faciũt ꝛ maxime ſi fuerit in ſtoma
cho immundo vel in cacochimico corpe recepti quale corpus in
autumno ſepius occurrit. Et ſic male tunc accidunt egritudines
ſcꝫ variole morbilli ꝛ peſtilētes. Pro maiori tñ noticia regis cibi
ꝛ pot⁹ tpe autũni ſciēdũ eſt ꝙ tpe autũni dꝫ euitari fames ſitis ꝛ
repletio multi cibi in vna hora. vt vult. Ra. iiij. alman. c. de regīe
corpis ſcōm tpa. Uinũ p̄terea qđ bibitur tpe autũni vehemēter
eſt limphandũ vt corpus humectet ꝛ calorē reprimat ſꝫ nõ ſuper
flue debet limphari intantũ quantũ in eſtate neqꝫ ſuperflue de-
bet tunc bibi quia tunc natura debilitata nõ ſufficeret ipſum re-
gere ꝛ digerere ꝛ nimis limphatũ calorem obtunderet ꝛ multi-
plicaret ventoſitates quibus colica generari poſſet. Quarto di-
cit ꝙ tpe hyemali debem⁹ ſumere cibum tantũ quantũ volum⁹.
id eſt. pluſꝙ ceteris tpibus. Et idem vult Aui. ij. i. loco preal.
et Ga. in comēto illius ampho. i. pti. amphoriſmoꝝ. Et quibus
ſemel aut bis. vbi dicit. In hyeme multus cibus ꝛ paulatim eſt
dandus. Et ratio hui⁹ eſt qꝛ calor noſtri corporis in hyeme eſt for
tiſſimus. tum qꝛ vnitus. tum qꝛ fortificatus per antipariſtaſim. i.
iuxta poſitionē ſui ꝯtrarij videlꝫ frigiditatis aeris noſtra corpa
circũdantis. Et iſtud verũ eſt in corpibus robuſtis ꝛ carnoſis. et
non in raris ꝛ debilib⁹ qꝛ in talibus corporibus frigus intenſus
hyemis non ꝯfortat calorē ſed magis debilitat. Et iſtud innuit
ypo. i. amphoriſmoꝝ dicens. Uentres hyeme ꝛ vere calidiſſimi
ſunt natura ꝛ ſomni longiſſimi. In his ergo tpibus oblationes
plures dāde ſunt calor eſt multus nutrimēto igitur ampliori in-

digent. Ex iſto etiam ſequitur q̄ nutrimēta groſſiora ⁊ durioris digeſtionis ꝯueniūt hyeme q̄ alijs tēꝑibus q2 calor eſt fortior. Ui num aūt quo vtendū eſt hoc tꝑe debet eſſe roſeum nō album cū aqua pauca. Notandū hic q̄ licet conſideratione habita ad forti tudinem caloris ⁊ digeſtiue virtutis in hyeme groſſiores ⁊ den ſiores cibi ꝯueniant. q2 tñ corpora tūc diſpoſita ſunt ad opilatio nēs ⁊ repletiōes ex fleumate ꝑlio nec ab eis reſolutio multa fit a ꝯtinente tutius eſt vti tunc mediocribus cibis inter ſolidum ⁊ rarum: groſſum ⁊ ſubtile ſicut carnibus edi vituli ⁊ mutonis lu cijs ꝑcijs ⁊ cancris. et vtentibus groſſiorib᷒ cibis. vt boue porco ceruo cōchis oſtreis carpis. ⁊ ſimilib᷒ expedit vnica comeſtione in die ꝯtentētur vel vtantur ſepe rebus diureticis ⁊ aperitiuis vt petroſilino naſturcio apio ⁊ ſimilibus et forti vtantur exer citio.

**Saluia cum ruta faciunt tibi pocula tuta**
**Adde roſe florem minuit potenter amorem.**

In hoc paſſu ponuntur duo remedia corrigentia potum ma lum quoꝝ primū eſt ſaluia cuius folia impoſita potui corrigunt maliciā potus ſua proprietate. et etiam in ſe habent virtutem confortandi neruos ⁊ cerebrum quibus confortatis melius reſi ſtunt malis fumis recipiendis qui proueniunt ex malo potu. Scd̄m eſt ruta cui᷒ etiam folia integra abſq3 coꝝ alia ꝯtritione debent potui imponi q2 ſua caliditate ⁊ proprietate corrigunt maliciam potus. Et de ruta quō valet ꝯtra venenum prius di ctum eſt ibi. Allea nux ruta. Poſtea ſubdit textus q̄ iſtis duo bus predictis poteſt addi flos roſe. Et hoc maxime debet intel ligi de roſa rubea que ſua aromaticitate exiſtente in eius ſuper ficie. et ſimiliter ſua ſtipticitate corrigit maliciam potus.

**Nauſea non poterit quēquā vexare marina**
**Antea cum vino mixtam ſi ſumpſerit illam.**

In hoc textu ponitur vnū remediū ꝯtra nauſeā ſiue vomitū prouenieñs ex tranſfretātibus nō ꝯſuetis dicēs. ꝙ ille qui dꝫ trāſfretari anteꝗ̄ nauem intret debet aliquibus diebus miſcere aquam marinā ſuo vino. Et iſtud eſt remedium pro diuitibus ꝙ ſi pauper fuerit dꝫ potare aquam marinam vt facilius nauſeam euitet. Et cauſa hui⁹ eſt qꝛ aqua maris ſalſedinē habet ⁊ ſic ſua ſalſedine ⁊ ſtipticitate q̄ ꝯſequitur ſalſedinē orificiū claudit: et per hoc vomit⁹ impedit̄. Et circa iſtud eſt notandū ꝙ ſicut vult Aui. iij. i. c. de regimine iter agentis in mari. viator in mari nō debet multū conari retinere vel ꝯpeſcere a principio nauſeam vel vomitum. ſed dimittatur vomitus ipſius ꝯtinuari donec per ipſum fuerit bñ purgat⁹. hoc eñ preſeruat a multis egritudinibus. ⁊ nedum preſeruat imo etiam curat vel alleuiat graues ⁊ magnas egritudines. vt lepram ydropiſim appoplexiam ⁊ frigiditatē ſtomachi. ⁊ eius inflationē prout vult Aui. iij. i. doc. ij. c. ij. Si tñ vomitus viatoris in mari ſuperfluxerit ſic ꝙ vehementer debilitet ipſum reſtringēdus eſt comeſtione fructuū ſtipticorum ⁊ acetoſorum ſicut ſunt citonia ⁊ maciana acetoſa. Uel poma de capenduto et malagranata acetoſa quibus orificium ſtomachi confortatum depellit humores inferius. Et ſtomachus etiam ꝯfortatus ab his humores repellit effluentes ad eum ex agitatione ab vndis. Uel pōt ſemen apij torrefactū bibi cū vino vel abſintium poteſt comedi aut bibi Et ſilr panis aſſatus ⁊ infuſus in vino bene redolente comeſtus valet ad idem. Et vniuerſaliter valet nutritio viatoris in mari ex cibis acetoſis ꝯfortantibus os ſtomachi: ⁊ prohibentibus vapores ⁊ fumos aſcendere ad caput. ſicut ſunt lentes cocte in aceto vel in ſucco vue acerbe.

**Saluia ſal. vinum. piper. allea. petroſilinum.**
**Ex his fit ſalſa niſi ſit commixtio falſe.**

In hoc textu ponitur modus faciendi ſalſamentum commune ſi in menſa deficiant ſalſamenta ſpecialia. Et pro

illo ponuntur quinqꝫ ex quibus pōt fieri ſalſamentū. Primū eſt
ſaluia: qua fit ꝯdimentū in aſſatione auce ſiue decoctione. Uni-
uerſaliter eñ auce aſſate ſiue procelli ſaluia implent vt humidi-
tates ſuperflue ſiue viſcoſitates extrahant. et odor ſaluie aucis
aut porcellis immaneat Poſt aſſationez tamē ſaluia eijci debet
et non comedi. Similiter ex ſaluia fit ꝯdimentum comeſtibile a
ruſticis vel communibus in comeſtione auce. terunt eñ alleum
cum ſaluia ad auferendū aliquid ſaporis allei. Secundū eſt ſal
cum vino et eſt ſalſamentū diuitum ſiue nobilium. Ipſi eñ defi
ciente ſinapio vel veriuto ponunt in ſalſario vinum cui modicū
ſalis admiſcent. Terciū eſt piper ⁊ eſt ſalſamentū ruſticoꝝ. com
miſcent eñ piper cum fabis ⁊ piſis. Similiter etiā ex pane aſſo
ceruiſia vel vino ⁊ cum pipere fit ſalſamentū nigrum ad modū
pultis qd̄ piper dicitur et hoc ſupereffundunt carnibus aut pi-
ſcibus. Quartū eſt alleum ex quo etiam fit ſalſamentū ruſticoꝝ
miſcent enim cum molli caſeo ⁊ lacte terendo alleum ⁊ ſic come-
dunt cum cibo ſiue aſſo ſiue elixo ſiue ſalſo ſiue dulci ⁊ cum ouis
duris. Quintum eſt petroſilinū ex cuiꝰ folijs contuſis cum ver-
iuto vel albo vino fit viridis ſalſa cum aſſis comeſtibilis. Et cir-
ca iſtud eſt notandū ꝙ ſalſamenta ſiue ſalſe diuerſificātur primo
ſcd̄m tempora Temporibus eñ calidis declinant ſalſe ad frigus
vel paucam caliditatē. tēporibus vero frigidis econuerſo. Ma-
teria igitur ſalſarū in eſtate ſit veriutum vel agreſta de ſummi-
tatibus vitis vel acetum. ſuccus linonū vel citranguloꝝ grana-
toꝝ cum zuccara ⁊ aqua roſarum. Et interdū in ſalſis que fiunt
in eſtate pōt addi aliquantulū ſerpilli ⁊ petroſilini ad obtēperā
dum frigiditatē p̄dictoꝝ. Materia vero ſalſaꝝ ꝯpetentiū tp̄ibꝰ
frigidis ſunt ſinapiū. eruca. zinziber. piper. cinamomū. gareofili.
allea. ſaluia. menta. ſerpillū ⁊ petroſilinū vinum aqua carnium
acetum nō forte ſed propinquū nature vini ⁊ in tp̄ibus medio-
cribus ſint mediocris caliditatis ⁊ frigiditatis. Scd̄o diuerſificā
tur ratione cibarioꝝ pro quibus fiunt. nam alia ⁊ alia cibaria in
digent alijs ⁊ alijs ſalſis ſicut ſciunt dñoꝝ coci. Mutonū eñ ⁊ ſi-
militer vituloꝝ capriolorum ſalſa ꝯueniens eſt ſalſa viridis. In

eſtate quidē ex aceto ⁊ agreſta cum paucis ſpeciebus ⁊ ſine al-
leis cum petroſilino zinzibere albo ⁊ agreſta ⁊ pani aſſo infuſo
in aceto vel agreſta. Jn hyeme fit eadem ſalſa cum pluribus ſpe
ciebus ⁊ pauco alleo ⁊ optimo vino ⁊ pauca agreſta vel poteſt
ſufficere ſinapium ⁊ eruca. Salſa aūt pro carnib⁹ bouinis elixis
eſt piper bollituꝫ qđ fit ex pipere ⁊ pane aſſo ⁊ aqua carnium ⁊
pauca agreſta. ⁊ iſta eadem ſalſa eſt ſatis ꝯueniens carnib⁹ por
cinis in hyeme. Poſſunt etiam carnes porcine comedi in eſtate
cum aceto ⁊ petroſilino in principio refectionis. Si aūt predicte
carnes paſtillentur ⁊ ſpecialiter bouine ⁊ porcine. in hyeme qui
dem apponatur cepe album cum puluere ſpecierū dulci in par-
ua quātitate in eſtate vero ſine cepis ⁊ cum veriuto vel poſſunt
apponi cepe parue ⁊ in pauca quātitate. Si aūt paſtillatura ſit
ex carnibus ſubtilioribus non apponatur cepe ſed in eſtate lac
amigdaloꝝ cum veriuto ⁊ pauco puluere ſpecierū dulciū ⁊ in fi
ne pōt apponi ouum concaſſatū cum agreſta ſed in hyeme loco
agreſte ponitur vinuꝫ ⁊ plus de ſpeciebus. Aſſature aūt cōnicu-
loꝝ ⁊ pulloꝝ iuuenū ꝯueniens eſt ſalſa in qua eſt cinamomū et
mica panis cum agreſta quidem in eſtate ⁊ cum vino in hyeme.
Aſſature aūt porci ſalſa ꝯueniēs eſt liquor deſcendēs ꝯcaſſatus
cum optimo vino ⁊ cepis in hyeme ⁊ in eſtate viridis ſalſa ſupe
rius nomīata Aſſature aūt faſianoꝝ ⁊ columbaꝝ ⁊ turturū nul-
la alia ſalſa indigent niſi ſale. Caponū aūt ⁊ gallinarū elixatoꝝ
ꝯueniēs ſalſa eſt aqua decoctionis coꝝ cū aliquātulo pulueris
ſpecierū dulcium ⁊ ꝑciſe ſi in ꝑdicta decoctione addatur ſaluia
yſopus petroſilinū ⁊ hoc in hyeme ⁊ in eſtate ſufficit ſola aqua
cum aliquantulo ſucci ſummitatū vitis. Sed pro ſalſa caponum
⁊ gallinaꝝ pinguiū paſtillandoꝝ nichil penitus eſt apponen-
dū niſi aliquātulū pulueris ſpecieꝝ ⁊ in fine agreſta ſupradcā in
eſtate. optimū vinū in hyeme. Piſces vero quāto ſunt groſſioris
carnis ⁊ difficilioris digeſtionis ⁊ maioris ſupfluitatis ⁊ humi-
dioris nature tanto indigent ſalſis calidiorib⁹ ⁊ acutioribus et
hoc etiam verū eſt in carnibus.

Si fore vis ſanus ablue ſepe manus
Lotio poſt menſam tibi confert munera bina
Mundificat palmas et lumina reddit acuta.

In hoc textu ponuntur due cōmoditates ꝓuenientes ex lo⁹
tione manuū poſt cibum ſumptum. Prima eſt q: per hoc palme
manus mundantur. ſcd'a eſt q: reddit lumina acuta. id eſt. ꝓdeſt
oculis. et hoc maxime per accidens q: manus ſunt inſtrumenta
mundandi oculos quare multum ꝯfert eas eſſe mundas. Et de
iſtis ꝯmoditatib⁹ dictū eſt etiā prius. ibi. Lumina mane man⁹.

Panis non calidus nec ſit nimis inueteratus.
Sed fermentatus oculatus ſit bene coctus.
Modice ſalitus frugibus validis ſit electus
Non comedas cruſtaꝫ colerā q: gignit aduſtā.
Panis ſalſatus fermentatus bene coctus.
Purus ſit ſanus qui non ita ſit tibi vanus.

In hoc textu ponunt̃ duo vitanda circa electionē panis. Primū
eſt caliditas. Non eñ dꝫ panis comedi calid⁹. Panis eñ calid⁹
eſt humane nature nociuus. Iuxta illud Auicē. ij. canonis. c. de
pane dicentis. Non comedatur calidus ſicut eſt. Panis eñ cali⁼
dus nō eſt apud naturam receptibilis ⁊ acceptio eius qui eſt de
furno ⁊ reliquoꝝ ſibi ſiliuꝫ eſt mala. Et ratio eſt q: talis panis
multū opilat. Et poſtea iterū dicit Aui. Panis calidus ſitim fa
cit ſua caliditate ⁊ natat ꝓpter ſuaꝫ hūiditatē vaporoſam ⁊ eſt
velocis digeſtionis ⁊ tarde deſcenſionis. Et q̈uis iſte panis cali
dus nō ꝯueniat in regimine ſanitatis quo ad eſum. odor tñ pa⁼
nis calidi multū ꝯfert reſuſcitat eñ ſincopiꝫantē ⁊ poſſibile eſt
aliquos hoīes viuere ex odore panis calidi. Scd'm eſt ꝙ nō de⁼
bemus comedere panē diu piſtū ſiue muſcidū q: talis panis nō
eſt ꝯueniēs pro nutrimēto nature hūane. exſiccat eñ corpus ac
humores melancolicos generat. ⁊ ex iſto relinquit̃ ꝙ panis non
debet eſſe calidus nec vetuſtate induratus ſed priori die coctus.

Poſtea in textu ponūtur quinqꝫ ꝯditiones panis electi. quarū
prima eſt ꝙ panis dꝫ eſſe fermentarus bñ. Et iſtud vult Ga.i.ali
men.c.ij.dicēs. Optimi aūt panū pro digeſtiōe ſunt q̄ maxie fer
mētati ⁊ q̄ aſſationē habuerunt a ꝯmēſurato igne in clibano. Et
iterū eo.c.dicit.qui vero penit⁹ infermētatus eſt:nulli vtilis eſt
Et ſcḋm Aui.ij.canonis.c.de pane. Panis hñs parū fermenti
plurimi eſt nutrimēti ſed eius nutrimentū opilat niſi illos q̄ ſūt
plurimi exercicij. Scḋa eſt ꝙ panis dꝫ eſſe oculatus.i. poroſus
et ꝑ hoc denotaꝛ ꝙ viſcoſitas eius eſt ablata. Uerū eſt tñ ꝙ iſte
panis ſcḋm Aui.loco preal.de locis eſt penetrationis ⁊ minoris
nutrimenti et deterioris ;ſicut eſt panis opirus qui eſt plurimi
furfuris. Tercia eſt ꝙ panis debet eſſe bene coctus quia panis
male coctus male digeſtionis eſt ⁊ ſtomacho grauedinē affert.
Et Auicen.ij.canonis loco preal.dicit. Et ille qui non bene de-
coquitur eſt plurimi nutrimenti ſed etiam nutrimentum opilat
niſi illos q̄ ſūt pl'i exercicij. Et panis de patella eſt hui⁹ generis
ei⁹ nāqꝫ pars interior raro decoquiꝛ bene. Quarta eſt ꝙ panis
debet eſſe tempate ſalitus. Nimiū eñ dulcis opilat ⁊ nimiū ſal-
ſus exſiccat. Moderate tamen ſalſus optimū nutrimentū pre-
bet dū tñ cetere ꝯditiones aſſint. Quinta eſt ꝙ ſit factus ex opti
mis granis.videlꝫ ex optimo tritico ⁊ ſana meſſe collecto. Dein
de ſubdit textus ꝙ nos debemus cauere ab eſu cruſte panis qꝛ
illa generat coleram aduſtam ſiue humorem melancolicum ex
quo eñ ipſa aduſta ⁊ ſicca eſt humor ⁊ ab ea genitus aduſtus
erit ⁊ ſiccus ⁊ propterea nobiles q̄ natura colerici ſūt deponere
faciūt ſupiorē cruſtā panis ac inferiorē quos imitātur prelati ⁊
delicioſi. Eligaꝛ igitur mica panis q̄ eſt melioris maioris ⁊ velo
cioris nutrimēti ꝙ cruſta. Uerum eſt tñ ꝙ aliqñ ꝯuenit ſanis ha
bentibus ſtomachum humidum ⁊ volentibus demacerari ⁊ in-
fine comeſtionis plus ꝯpetit. Juuat eñ cibi deſcenſum ⁊ ꝯfor-
tat orificiuꝫ ſtomachi. Poſtea in duob⁹ vltimis verſibus innuiꝛ
ꝙ panis bon⁹ dꝫ hr̄e iſtas.v.ꝯditiones.ſcꝫ ꝙ ſit ſalitus fermen
tatus bñ coctus pur⁹.i.de mūdis granis ⁊ ſanus.id eſt.de gra
nis ſana meſſe collectis. Et iſtas ꝯditiones ꝑtim innuit Aui.loco

preal. dicens. Oportet vt ſit panis mundus ſalitus maſſam hñs ꝯfectam fermẽtatus coctus bene ⁊ vna nocte ꝑmanens. Et circa iſtud eſt ſciendũ ꝙ ſi queraẗ nutritio maior ⁊ prior mũdificeẗ panis a furfure ⁊ ſi velim⁹ ventris ſubductionẽ aliqualem dimittamus aliquã partẽ furfuris. furfur eñ parum nutrit ⁊ ventrem ſubducit; ⁊ farina econuerſo.

**Eſt caro porcina ſine vino peior ouina.**
**Si tribuis vina tũc eſt cibus et medicina.**

Jn hoc textu ꝯparat autor carnẽ porcinã carni ouine dicens ꝙ caro porcina ſine vino minus ſana eſt ouina tamẽ ſi caro porcina ſumatur cum vino ipſa eſt optimũ nutrimentũ ⁊ medicinam prebens qꝛ multum humectat. ⁊ hoc intelligendũ eſt maxime de porcellis aſſis ſiue de apris optime preparatis. Et circa iſtud eſt ſciendũ ꝙ carnes porcine quibus ruſtici ⁊ cõmunes vtũtur qñ vidꝫ ſunt ſalſe vel ſole vel fumo exſiccate nullo modo ſaniores ſunt carnibus ouinis ceteris paribus ſiue cum vino ſiue ſine vino ſumantur. Sed iſtud dictũ veritatẽ habet de carnibus porcelloꝝ aſſatoꝝ vel de carnibus aprinis modo predicto.

**Jlia porcorũ bona ſunt mala ſunt reliquorum.**

Jn hoc textu comparãtur omaſa porcoꝝ omaſis reliquorum brutoꝝ et dicit textus ꝙ omaſa porcoꝝ. id eſt. inteſtina ꝑualent quo ad eſum, inteſtinis alioꝝ brutoꝝ. Cui⁹ ratio põt eſſe iſta. qꝛ pauca inteſtina comedim⁹ niſi illa q̃ replẽtur ſanguine vel que animaliũ multũ ſũt pinguiũ cuiuſmodi ſunt porci Jam ſolus ſanguis porci propter ſuam cõplexionem ⁊ ſimilitudinẽ ꝯplexionis cum natura humana eſt ſanguis quo omaſa ſiue inteſtina implẽtur. Et ſiľr porci facili⁹ impinguãtur q̃ aliqđ alioꝝ brutoꝝ. ideo magis ſumim⁹ inteſtina porci q̃ alioꝝ porcoꝝ brutoꝝ

**Jmpedit vrinam muſtum ſoluit cito ventrem**
**Epatis emfraxim. ſplenis generat lapidemqꝫ**

Hic ponuntur quinq; nocumēta ꝓueniētia ex potatione noui vini vel musti. Primū est ꝙ mustū impedit vrinā ꝛ hoc pōt intelligi dupl'r. Primo q2 mustū grossum ꝓpter suam grossitudinem ex fece admixta opil'at ip̄m epar siue ipsos renes sic ꝙ vrina de facili nō pōt habere suum cursum. ſcđo impedit vrinam quo ad debitū modū sicut facit mustū renense aliqđ ꝛ quedā alia vina subtilia. ſil'r q2 est aliqđ mustū renense cui⁹ feces sunt mordicantes ꝛ dum ip̄m venit in vesica ille partes terrestres nitrose mordicāt vesicam ꝛ cogunt vrinare sine ordine debito ꝛ modo ꝯsueto. Scđm est ꝙ soluit ventrē. Et ratio est q2 abstergit viscera nitrositate sine salsedine sue fecis ꝛ stimulat ea ad expulsionem. primo propter mordicationē fecis. ſcđo ꝓpter multitudinem ventositatis quā inducit tale vinū siue mustū. tercio lubricādo cito inferi⁹ ꝑ viā indigestibilitatis ꝛ grauaminis stomachi quare stomachus se relaxat ꝛ portas neruū oppressas aperit. Tercium est ꝙ mustū nocet bone ꝯplexioni epatis q2 opilat ip̄m propter immixtionē plurimā sue fecis ꝛ ꝑducit ad dissinteriā epaticam ꝓpter inflationē ei⁹ qua debilitat epar. Et istud vult Aui. iij. i. c. de regie aque ꝛ vini. Et sic etiā inducit catheciā siue malam dispositionē coloris ꝛ malas inducit egritudines epatis. s. diuersas ꝛ spēs ydropisis. Quartū est ꝙ mustū nocet spleni ꝛ dispositioni ei⁹ ꝓpter eādē causam q̄ dicta est de epate q2 opilat splenē ꝛ sic inducit duriciē eius. Quintū est ꝙ mustū generat lapidem et maxime illum qui in renibus est qui rubeus est de facili frāgibilis cā opilationis quā facit ꝛ grossitudine sue substātie. Et istud verū est de musto vinoꝝ multū dulciū non hn̄tes feces nitrosas ꝛ mordicātes. Mustū eīm hn̄s feces nitrosas ꝛ mordicantes magis impedit lapidē q2 multū facit vrinare sicut mustū aliqđ renense facit apparere arenulas in vrina siue grauellā q2 facit multū vrinare. Multa eīm vrina sua lotione abstergit arenulas adherētes que cū ea expelluntur.

**Potus aque sumptus fit edenti valde nociu⁹**
**Infrigidat stomachū q3 cibū nititur fore crudū**

Hic ponuntur duo nocumenta prouenientia ex potu aque et hoc quo ad edentē. Primū eſt ꝙ potus aq̄ nocet ſtomacho edentis. Cui⁹ ratio eſt qꝛ ipm̄ infrigidat ꝛ relaxat ꝛ maxime deijcit appetitū cibi. Secundū eſt ꝙ potus aque cum ſumitur cibus impedit digeſtionē cum cibum ſumptū incrudet. Et iſtud vult Aui. iij. i. c. de regimine eius qđ comedit dicens. neqꝫ p⁹ ipſum. ſ. cibū multa bibenda eſt aqua: que inter ipſum ſcilicet cibum ꝛ corpus ſtomachi ſeparationē faciat: et ipm̄ natare faciat. Et. c. đ regimine aque ꝛ vini dicit. Et cum natura in digerēdo nutriēs ſtudeat ſacietate aque iam p̄cedente ſufficiēter. id eſt. ſi p̄ceſſerit ſacietas aque ſufficiēs ad bonā cibi ꝯmixtionē. aqua vehementer eſt impediēs ſupple digeſtionē inchoatam. Et idem vult Aui. ij cantice. trac. i. c. iij. dicens. Eſt etiā vitandus potus aque in menſa niſi rōne adherētie ꝛ tarditatis deſcēſus buccelle. Non eſt eni̇̄ ſumenda aqua cum cibo. Et Auer. in comento ait. Cauſa quidē hui⁹ eſt qm̄ cum ſumitur aqua ſuper cibum priuſq̄ ſtomachus calefecerit ipm̄ infrigidat ipm̄ ꝛ incrudat. Et etiam cauſa quare ſupnatet cibus ſumptus in ſtomacho ꝛ quare etiā non delibereat ꝛ vniatur eidem ꝙ ꝯterat ipm̄ ſicut exigitur. Actio nanqꝫ ſtomachi ſuper ſumptū cibum fit ꝯterendo coquēdo ſimul. vnde ſicut cum infunditur ſimul ꝛ in magna quātitate aqua in olla ꝓpter qđ tardat᷑ cibi decoctio in eadem. ſic etiā ꝯtingit idem ipſi ſtomacho. Et iſtud maxime verificat᷑ de potu multe aque. Modica eni̇̄ quātitas aque frigide ſuggēdo ſumpta pōt ꝓcedi ante deſcenſum cibi vt per eam ꝯpleatur cibi deſcenſus ad inferiora. ꝛ hoc ſi ſitis infeſtauerit ꝛ bibere coegerit. Nam modica q̄titas aque frigide p̄dicto modo ſumpta ſtomachū alleuiat ꝛ colligit. Alleuiat quidē a ſiti. alleuiat etiam cooperādo ad deſcenſuꝫ cibi. Colligit aūt ſua frigiditate coadunans partes ſtomachi. Et iſtud colligitur ab Auicē. locis preallegatis. Notandum ꝙ q̄uis in ſitis extinctione aqua ſit ꝯuenientior potus q̄ vinum. tamen omnibus ꝯſideratis vinum eſt potus ꝯueniētior in regimine ſanitatis q̄ aqua. Nam dato ꝙ in ſitis repreſſione: que eſt appetitus frigidi ꝛ humidi aqua vl̄r melior ſit qꝛ frigida ꝛ humida. natu-

raliter tamen in cibi ꝑmixtione ⁊ eiuſdem delatione ad partes corpis extremas vinũ preualet aqua Nam vinũ ratione ſue ſubtilitatis in ſubſtãtia ⁊ actione ſubtilius ꝑmiſcetur. ⁊ ſpecialr̄ q꞉ natura magis in eo delectaẗ. ideo citius attrahit ipm̄ ⁊ alijs cibis ꝑmiſcet ⁊ ſpecialr̄ q꞉ hec mixtio fit per viam cuiuſdã ebulitionis quam vinum magis iuuat ratione virtualis caliditatis. ⁊ aqua impedit ratione frigiditatis. Et ſic patet ꝙ vinum ꝑualet aqua in ciboꝝ permixtione. Et ſimiliter preualet in eorundẽ delatione. Nam vinũ eſt optimus penetrator qd̄ ei debetur rõne ſubtilitatis ſue ſubſtantie: ⁊ ratione caliditatis virtualis. ſubtilia enĩ ⁊ calida multũ ſunt penetratiua. ⁊ per conſequẽs vinum eſt magis delatiuũ q̈ aqua in qua nichil eſt virtualiter calidum nec ſubſtantie aereitatis. nec igneitatis. vnde aque mora tranſeundo impedit omnem curſum. Amplius aqua ex alio non eſt potus ita conueniens: ſicut vinum quia aqua impedit alimentũ nutrire eo ꝙ nõ nutrit quare illud vtrꝫ minus nutrit. vnde q̈to cibus eſt magis aquaticus tanto eſt minus nutritiuus. Bonum eſt igitur ꝙ vinum permiſceatur cum cibo qd̄ ſolum nõ impedit nutritionẽ immo multũ iuuat q꞉ vinũ eſt maxime nutritiuum ⁊ maxime reſtauratiuũ ⁊ velociſſime nutrit. vt prius dictum eſt.

Notandum inſuper ꝙ non ſolum nociuus eſt potus aque edenti ſiue ſumenti cibum immo in plibus alijs caſibus nociuus eſt. quos narrat Aui. iij. i. c. de regĩe aque ⁊ vini. Primo enĩ inconueniens eſt in homine ieiuno. tunc enim libere penetrat aqua bibita nullo retinaculo impedita vſqꝫ ad intima membroꝝ principalium mortificans ſuum calorem innatum. Et iſtud eſt verũ de homine vere ieiuno. Ebrio enim quandoqꝫ proficit neqꝫ leditur ipſe ſi ieiunus bibat aquam quia ieiunus ebrius non eſt omnino ieiunus nec eſt in ſtomacho vacuus ſed adhuc habet reliquias aliquas heſterne crapule. quaꝝ nitroſitas aqua mitigatur ⁊ ſtomachꝰ ab his per aquã abluitur. et repreſſis vaporibus ⁊ fumis ꝑparatur ſtomachus ad receptionẽ noui nutriẽtis. Scđo inconueniẽs eſt in homine exercitato forti exercitio ⁊ ſimiliter ſtatim poſt coitum. Nam tunc pori corporis ſunt mul-

tum aperti quare penetrat aqua in profunda membrorum mortifi-
cans calorē innatū: qui poſt coitum etiā debilitat⁹ eſt. Tercio in
conueniēs eſt poſt balneationē maxime cū fit hec balneatio ven
tre vacuo. tunc eīm vie ſunt vehemēter apte quare ledens pene
trat aqua vt dictū eſt. De iſto potu aque dicit Aui. vi. iiij. ſū. ij. c.
vlti. Ex potu illi⁹ in ieiunio et poſt balneū et poſt coitū timetur
corruptio cōplexionis et ydropiſis. Quarto inconueniēs eſt bibe
re aquā frigidā cauſa obediēdi ſiti nocturne mēdoſe q̄ accidit in
crapulatis et ebrijs. Nam per potū aque frigide ꝓhibētur resolu
tio et digeſtio hūoris ſalſi vel fortis vini vel alteri⁹ acuti faciētis
ſitim. et ſic cito poſt potū reuertit ſitis ita fortis vt añ. Sed ſi ve-
hemēs affuerit ſitis nimiū vexās et inquietās nec ſufficiat aeris
inſpirati frigiditas nec ablutio oris cū aqua frigida bibat ſitibū
dus aquā frigidā cū vaſe ſtricti orificij ſiue gracilis roſtri quare
minus aqua ꝑlixius detur ſuper orificiū ſtomachi forti⁹ ſitim miti-
get. et de ea minus ſumatur ne digerēdorum digeſtionē penit⁹ im-
pediat. Quinto generaľr malū eſt ſanis bibere multā aquā fri-
gidam quia extinguit calorē innatū et pectus offendit et ſtomachi
appetitū deijcit. et membris oībus neruoſis obeſt Verū eſt tñ q
aqua tēpate frigida aliqñ per accidēs appetitū excitat et ſtomachū
fortē efficit coadunādo ipm et ſtringēdo villos eius

## Sunt nutritiue multum carnes vituline.

In hoc paſſu autor laudat carnes vitulinas dicens q carnes
vituline multū ſunt nutritiue. Et iſtud innuit Aui. iij. i. c. de re-
gimine eius qd comeditur. vbi vult q cibus ſanitatis cōſeruati-
uus dz eſſe talis quales ſunt carnes que ſunt ſilis nature pri⁹ ap-
te fieri ſanguis et maxime carnes edorum et vitulorum paruorum lactā
tium et agnorum annaliū. Et iſtas carnes vitulinas ſumme laudat
Gali. iij. alimen. vbi vult q carnes vituli lactantis ſex ebdoma-
darū vel octo aſſate ſaniores ſunt mutonnis. faciliis eīm digeſti-
onis et multū nutritiue ſunt. Et de iſtis carnibus vitulinis etiā
prius dictū eſt.

Sūt bona gallina capo turtur ſturna columba.
Quiſcula vel merula phaſianus et higoneta
Perdix frigellus orex tremulus amarellus.

In hoc paſſu ponūtur carnes eligibiliores ꝓ nutrimento nature humane animaliū volatiliū. et enumerant. xiiij. aues quarū carnes bone ſunt ꝓ nutrimēto homīs. Prima auis eſt gallina cuius eſus ſiue comeſtio nature humane ꝯueniens eſt. Haly enī Auenzoar Auic. et Me. vt dicit Conſi. p̄ ceteris laudant q̄ pullorum carnes ꝛ maxime galline q̄ nondū peperit et galli q̄ nondum calcauit. Sunt enī facilis ꝯuerſionis in ſanguinē et ſuperfluitatū paucarū ꝓprietatē mirabilem habētes in temꝑando cōplexionē et humores/ cuius brodium optima leproſis eſt medicina. Et de carne gallinarū dicit Aui. ij. canonis. c. de gallinis et gallo. ꝙ caro gallinarū q̄ ſunt pulle in intellectu augmentū efficit/ clarificat vocē/ et augmētat ſperma. Et melior gallina ſcdm eum ibi eſt q̄ nondum parit oua. Secūda auis eſt capo ſiue gallus caſtratus cuius carnes ponit Con. differentia. lxviii. inter laudabiliores carnes. Et carnes iſtas et ſimiliter priores digerit ſtomachus ſua ꝓprietate. Tertia auis eſt turtur que etiā eſt boni nutrimenti et bonū generans humorē. cuius carnē Auicē. ij. canonis. c. de carne ſumme laudat dicens. Volucris quidē caro melior non eſt ꝙ alduragi. i. turturis et gallinarū et ſubtilior earū ꝛ nō ſunt cū nutrimēto carniū alcubegi. i. perdicū ꝛc. Quarta auis ſcdm aliquos eſt ſturnus. et iſta auis debet comedi in iuuētute. et eſt auis nota teuthonice een/ ſpre/ vve. Scdm alios eſt ſtarna: quam Ra. iij. alman. pre ceteris volatilibus laudat dicens. Starne caro omni carne auium leuior inuenit atq̄ his qui ſubtili volunt cuſtodiri regimine cōuenientior. Et poteſt ꝑ ſtarnam intelligi auis magna velut anſer griſea cinerea: cuius caro laudabilis eſt maxime cū iuuenis fuerit. et iſto modo intelligit. Aui. preferens iſtam carnē aliis. Vel pōt ꝑ ſtarnam intelligi maneries perdicis parue quā Moyſes videtur intelligere iudeis

inquiens. Similiter ſtarne non videnẗ ꝓ dño noſtro. quia ventrem ↄſtringũt. Et iſtam ꝓprietatẽ alij attribuũt ꝑdicibus. carnes enĩ ipſarum ventrẽ ↄſtringunt teſte Ra. iij. alman. Quinta auis eſt columba q̄ eſt auis nota cuius caro eſt colerica. Et de columbis dicit Ra. loco preallẽ. Columbe vehemẽtis ſunt caliditatis q̄ ſanguinẽ inflammatũ generãt et cito febricitare faciunt Et ergo aptius columbe comedi debent in paſtillis cum vuis acerbis q̄ꝫ aſſari. Per vuas enĩ acerbas auferẗ caliditas quã ſanguini inducunt. Et electiores columbe ꝓ eſu ſunt columbe iuuenes volare potentes/quia tales ſunt leuioris digeſtionis et, melioris humoris. Pulli enĩ non volare potentes caliditatẽ et humiditatem habent ſuꝑfluas quare groſſos generant humores. vt vult Aui. ij. canonis. c. de cõlumbis. Antique vero columbe ⁊ earũ caro ꝓpter caliditatẽꝫ nimiã et ſiccitatẽ ⁊ digeſtionis difficultatẽ ſunt euitande. Et ſimiliter etiã turtures antique. Sexta auis eſt quiſcula que ab aliquibꝰ nominaẗ coturnix. quia quiſcula eſt nomen onomatope yon ſcꝫ fictum a ſuo ſono. Et caro iſta ſcd̄m aliquos eſt ſubtilis ſubſtantie bonum generãs humorem et multũ competit ſanis cõualeſcentibus. Scd̄m yſaac tamẽ coturnices ceteris volatilibus ſunt peiores/ nec nutrimento/ nec digeſtioni laudabiles. quia ex comeſtione carnis earũ timetur ſpaſmus et tethanus ꝑut etiã vult Aui. ij. c. canonis. de eis. ſubiungens rõnem ſcꝫ q꞉ in ſubſtantia carniũ earũ eſt virtus faciendi huiuſmodi accidẽtia narrata. ⁊ ſic nõ ꝓueniũt illa accidẽtia ex eo ſolũ q꞉ coturnices comedũt eleboꝝ. Et hinc eſt q̄ꝫ gallici comedũt coturnices cũ molli ⁊ pingui caſeo. ⁊ inde faciũt paſtilla. Põt tñ ꝑ coturnicẽ intelligi alia auis a predicta perdice maior eiuſdem fere coloris cũ rubeis pedibus ⁊ roſtro ſaporis delectabilis dicta coturnis ytalica lingua. Et iſto modo Raſis. iij. almans loris accipit coturnicẽ quando preferẗ carnes eius poſt carnes ſtarne alioꝝ volatiliũ carnibus. Septĩa auis eſt merula que eſt eiuſdem quantitatis cũ ſturno/ſed eſt ad nigredinẽ tendẽs. ⁊ habens roſtrũ ſubrubeum. et ſimiliter debet comedi iuuenis. Octaua auis eſt phaſianus. i. gallus ſilueſtris. q̄ ab omnibus medi-

cis enumerat inter aues laudabilis carnis. Caro enī talis auis
nature humane eſt ꝯuenientiſſima. et eſt cibus principum et ma-
gnatū. Conſiliator enī loco preallē. dicit. ſilueſtrū vero laudabi-
liores ſunt phaſiani ad ſanitatē et ad robur. Et fortaſſis etiam
vniuerſaliter domeſtici cum gallinis ꝓpinquiſſimi et eiuſdē fe-
re ſpeciei ſintq̄ illis ſicciores aeris ⁊ alimenti ac exercitij ampli-
oris. Nona auis eſt ethigoneta. que eſt auis parua ad modum
perdicis/ſed longum roſtrum habens. cuius caro eſt optima.
Decima eſt perdix cuius caro ſcḋm Auicē. ij. canonis. c. de cubigi
eſt de ſubtilioribus carnibus impinguans. quia multum nutrit
cor abſtergens ydropiſi et ſtomacho conferens et augmētum in
coitu faciens. verū eſt tamē ꝙ ſtringit ventrē. Et iſtam carnem
Gal. iij. alimē. c. x. et octauo de ingenio. c. ij. prefert omnibꝰ alijs
volatilium carnibus. Et dicit de iſta carne ꝙ ſi aſſidue comeda-
tur maxime confert memorie. Undecima eſt frigellus. ⁊ eſt auis
comedens racemos velociter volans ſimilis ſturno/ſed eſt me-
lioris nutrimenti ꝙ̄ ſturnus. et multe tales inueniuntur vbi ſunt
vinee. et inebriantur ex eſu racemorum. ⁊ melior eſt caro earum
circa feſtum omnium ſanctorum. Duodecima eſt orex. Et ſcḋm
aliquos gallina ſilueſtris ſiue gallina phaſiani. Uel ſcḋm alios
et gallina aquatica. i. natans in aqua. et ſiue ſit femina phaſiani
ſiue gallina aquatica eius caro eſt boni nutrimenti. Decimater-
tia eſt tremulus. et eſt auis cōmuniter ſtans prope mare minor
ꝙ̄ gallina/ſed eſt auis fuſca alte clamans et velociſſime volat.
et quando ambulat ſuper terram cauda eius ſemper tremit. et
ideo dicit tremulus. et habet ſuꝑ caput eius longas plumas. Et
non eſt parua auis longam habens caudā que a medicis voca-
tur cauda tremula. Ultima auis eſt amarellus. et etiam eſt auis
ſimiliter exiſtens in aquis ſimilis anete/ſed ea minor. Et gene-
raliter loquendo inter aues comeſtibiles plus laudant ille q̄ vo
latu velociores ſunt. Et ſicut carnes predictarū auiū ſunt lauda-
bilis nutrimenti. ⁊ facilis digeſtionis/ita etiam reperiuntur car
nes aliquarum auium illaudabilis nutrimenti/difficilis dige-
ſtionis/ et inequalis complexionis. ſicut ſunt carnes anſerum

et pauonũ et malardoꝝ ꝛ vniuerſal̃r auiũ habentiũ collũ longũ et roſtrũ longũ degentiũ in aquis. ꝛ carnes paſſerũ q̃ ſunt calidiſſime ꝛ a tempamento longiſſime ꝛ multũ excitantes coitum. Circa electionẽ vero carnis volatiliũ ſciendũ eſt ꝙ ſcdm diuerſas laudabilioris nutrimẽti ꝓprietates ac eius qd nutrit̃ ſanitatis vel roboris intentionẽ carnes laudant̃ varie. Uñ Gal. reſpiciens facilem alterationẽ ꝛ ſubtilitatẽ in carnibus ꝑdicum ꝓfert eaſdem. Ra. vero cũ yſaac reſpiciẽs ſubtilitatẽ ſtarne ac leuitatẽ ipſam ceteris ꝓtulit. yſaac etiã ſcdm diuerſas intẽtiones carnes volatiliũ laudauit diuerſas. Aui. vero laudauit carnes turturũ ꝑ ceteris. vel q: reſpexit ad ꝓprietatẽ qua roborãt ꝛ ꝯfortant intellectũ. Uel q: i terris eius eſt ipſarũ tanta bonitas q̃ nõ eſt in alijs terris. Sciendũ eſt inſup ꝙ carnes volatiliũ plus ꝯueniũt q̃ carnes quadrupedũ his q̃ relicto exercitio corpali vacãt cõſilijs ſtudijs ꝛ contemplatõibus: q: digerũt facilius alijs. Juxta illud Gal. iij. alimẽ. Digeſtibilior eſt tñ hec caro volatiliũ aialiũ et maxime ꝑdicũ ꝛ generãt ſanguinẽ clarũ mũdum ſpumoſũ mẽtis exercitijs ꝛ eleuatione intellectus aptum.

## Si piſces molles ſunt magno corpore tolle
## Si piſces duri parui ſunt plus valituri.

Hic ponunt̃ duo accidẽtia ex quoꝝ notitia actendit̃ electio piſciũ. Uñ piſces aut ſunt duri aut molles. ſi molles ſunt tũc ſeniores ſunt eligibiliores. Cuius cauſa eſt iſta: q: mollicies ꝓuenit ex humiditate q̃ in iuuene piſce indigeſta eſt ꝛ in ſene plus digeſta. et ſic in iuuẽtute tales piſces ſunt generatiui fleumatũ: ſed ſenes minus. Et ſic patʒ ꝙ anguilla ſenior ſanior eſt iuuene ſcdm quoſdã. Si vero tales piſces ſunt duri: tunc iuuenes ſunt ſaniores. i. digeſtibiliores: cuiuſmodi ſunt lucij et parce. duricies enĩ inquantũ huiuſmodi reſiſtit digeſtioni. Et iſtã ſententiã ponit Aui. ij. canonis. c. de piſcibus dicẽs. Et eligit̃ quidẽ ex piſcibus durã carnẽ habẽtibus ille q̃ eſt minor. et ex habẽtibus mollem carnẽ ille qui eſt maior ad terminũ aliquem.

**Lucius et parca ſaxaulis et albica teuca**
**Sornus plagicia cum carpagalbio truca.**

Hic tangunt decẽ piſces eligibiles ꝓ nutrimento nature hu-
mane. quoꝝ primus eſt lucius q̇ eſt piſcis notus. et dr̄ eſſe tyran
nus piſciũ. qꝛ non ſolũ deuorat piſces alterius ſpeciei: ſed etiam
eiuſdẽ ſpeciei cũ eo. vñ verſus. Lucius eſt piſcis rex et tyrannus
aquarũ. A quo nõ differt lucius iſte parũ. Eſt enĩ piſcis dure car
nis et natatu velox. Secũdus eſt parca. a parco parcis cere dicta ꝑ
ↄtrariũ qꝛ nulli piſci parcit. ymo irata vulnerat alios piſces ſuis
ſquamis quas habet ſupra dorſum. nec eam audet inuadere lu-
cius ymo vt narrat Albertus de naturis aĩalium. Eſt naturalis
amicitia parce et lucij. Lucius enĩ leſus ab alio difficulter ſanat
ſed leſus querit parcã q̇ videns eum leſum tangit ⁊ lenit vuln⁹
lucij et ſic lucius ſanat. Et eſt parca ſimiliter piſcis dure carnis
notus teuthonice een baers. Tertius piſcis eſt ſaxaulis vel ſax-
gulus piſcis marin⁹ apud gallicos dictus ſola. Alij dicunt ꝙ eſt
piſcis teuthonice dictus een tonghe. et eſt piſcis multũ ſanus in
ter piſces marinos. Quartus eſt albica teuthonice vvitinc. ⁊ eſt
piſcis marin⁹. Quintus eſt teuca q̄ eſt piſcis dulcis aque notus
pellem habens lubricã atq̧ viſcoſam ad nigredinẽ tendens ſed
eius caro eſt dura. vnde ab iſtis tribus piſcibus qui ſunt lucius
parca et teuca poſt eoꝝ coctionẽ aufert pellis. Et dr̄ iſte piſcis
teuthonice ytincke. Sextus eſt ſornus. et eſt piſcis minim⁹ ma-
rinus albus ad quantitatem medie partis medij digiti quo ad
longitudinẽ qui comedit cum capite et ſpinis. et dicit theutonice
een gaernaert. Septimus eſt plagicia. et eſt piſcis marinus no-
tus latus habens in vna parte ſue pellis maculas rubeas ⁊ pel
lis eſt tota alba curuũ os habens teuthonice een pladijs ſcol.
Octauus eſt carpa que eſt piſcis dulcis aque notus/ multũ tamẽ
de ſe eſt viſcoſus/ ſed a magnatibus decoquit in vino/ et ſic ab
eo tollitur eius viſcoſitas. Nonus eſt galbio. et eſt piſcis marin⁹
notus a quibuſdam dictus rogetus: teuthonice roetbaert. et eſt

piſcis dure carnis et ſanus. Alij textus habent gouio. et eſt piſcis paruus dulcis aque ad longitudinem vnius digiti longi. et eſt rotundus et ſuauiſſimus gallice gouion. Ultimus eſt truta que eſt in carne ſimilis ſalmoni nec tñ eſt ſalmo et eſt longus et non groſſus. Et capit in magnis fluuijs et ꝑmittit ſe fricare in aqua et ſic capit. et ex eo fiunt paſtilla cũ ſpeciebus et eſt piſcis valde preciosus gallice trutes. Circa electionẽ vero piſciũ ſciendum eſt primo ꝙ piſces reſpectu carniũ ceteris paribus minoris ſunt nutrimenti et facilis digeſtionis et nutrimentum eorum eſt plurium ſuperfluitatũ et fleumaticũ et frigidum et humidũ et minus manſiuũ. et ſunt ad digerendum duri et longã faciunt morã in ſtomacho. Et quia in eorꝫ digeſtione laborat ſtomachus et interdum corrũpũtur in ſtomacho et qualitatem quandam ſuſcipiunt putredinalem ſitim generant. Et vt ſit ad vnũ dicere carniũ laudabiliũ nutrimentũ melius eſt nutrimento piſcium. Secundo ſciendũ eſt ꝙ piſces marini ſunt meliores in regimine ſanitatis ceteris paribus piſcibus aque dulcis. eorꝫ enĩ nutrimẽtum eſt minus ſuperfluũ et nature carniũ magis ꝓpinquũ. Sed quia ceteris paribus piſces marini ſunt durioris carnis piſcibꝰ aque dulcis ideo ſunt difficilioris digeſtionis et reſolutionis et pluris nutrimẽti et purioris. Uerũ eſt tamẽ ꝙ in egris magis cõferunt piſces aque dulcis ꝓpter debilitatẽ digeſtiue eorꝫ. Tertiõ ſciendum ꝙ in piſcibus tam marinis ꝙ̃ aque dulcis eligẽdi ſunt quorꝫ caro eſt alba non viſcoſa/ſed frangibilis non multũ groſſa ſed ſubtilis. non grauis odoris/ ſed ſuauis. nec cito putrefactionis/ſed ſufficientis durationis. nõ mali coloris/ſed boni. ⁊ quorum habitatio nõ eſt in lacubus ſtagnis nec ĩ locis ſordibus. nec in aquis habentibus malas herbas. Et eligendi ſunt nõ valde iuuenes nec valde magni. et qui ſunt velocis motus et pauce viſcoſitatis. Et ſi ſint piſces marini eligendi ſunt qui capti fuerunt in fluminibus multũ diſtantibus a mari: et hoc ceteris conditionibus bonis ſuppoſitis. Item ſuppoſitis predictis ꝯditionibus quanto piſces ſunt ſquamiores/tanto ſunt meliores. Et ſimiliter intelligitur de ſpinis/quia ſpine multe et ſquame ſignificãt puri

tatem ſubſtãtie piſcis. Item inter piſces marinos meliores ꝛ puriores ſunt qui capti et nutriti ſunt in mari profundiori et magis agitato ad qđ eſt curſus plurium fluuiorꝫ. Et ergo capti in mari ſeptentrionali qđ magis eſt agitatũ et magis tempeſtuoſum et velocioris fluxus et influxus meliores ſunt capti in mari mortuo vel meridionali. Et ſimiliter intelligendũ eſt de piſcibus dulcis aque. Nam ceteris pꝫibus quãto aqua eſt pfundior et mobilior tanto piſcis in ea nutritus eſt melior. et de his ſufficienter eligi põt qui piſces ſunt vitupabiles ꝛ qui laudabiles ſunt. piſces enĩ beſtiales ſicut porcus marinꝰ carnis marinus delphin et morua non multũ cõpetant in ſanitatis regimine. Sunt enĩ difficilis digeſtionis ꝛ groſſi hũoris et multe ſupfluitatis. nec ĩ carnibus pꝫdictorꝫ piſcium apparẽt ꝯditiones ſupius numerate puta albedo ſubtilitas ꝛc. Et ſi hos piſces ꝛ ꝯſimiles comedi contingat nõ ſtatim ſunt coquendi et comedendi poſtq̃ capti ſunt ſed obſeruandi ſunt p aliquos dies quouſqꝫ eorũ carnes moleſcant et tremeſcant ſine ſubſtantie corruptione. Et etiam predicti piſces meliores ſunt ſemiſalſi q̃ recẽtes aut perfecte ſalſi. Inter alios autem piſces marinos conſideratis ꝯditionibus ſupradictis laudabiliores videntur rogetus ꝛ gornatus ſiue gornus. Nam eorꝫ caro et ſubſtantia eſt puriſſima. Et poſt hoc plagicia et ſola / ſed horum caro eſt magis viſcoſa et minus frangibilis et minus alba et magis groſſa et minus ſubtilis. nec horum ſapor aut odor eſt ita delectabilis. et forte piſcis merlengendus eſt laudabilior poſt rogetum. Non eſt enim tante groſſiciei et viſcoſitatis ſicut plagicia et ſola. et eius ſubſtantia eſt ſatis frangibilis. ſed cõſideratis ſapore et odore cum colore et ſubſtantie puritate ꝛ mobilitate deficitꝰ in bonitate a rogeto et gornato. et ſimiliter intelligatur de allece. Et morua iuuenis ſatis appropinquat predictis in bonitate conſideratis predictis conditionibus / eſt tñ groſſior et viſcoſior predictis piſcibus. Salmones autem et turboti et maquerelli multum deficiunt in bonitate. Sunt enim multum groſſiores et viſcoſiores et ad digerendum difficiliores et magis ſuperfluitate pleni. vnde cõpetunt niſi exercitan-

tibus foꝛtibus iuuenibus cum quibuſdā ſalſis coꝛum viſcoſitati groſiciei et frigiditati repugnātibus. Inter piſces autē dulcis aque ꝯſideratis ꝑdictis ꝯditionibus perca et lucius mediocris pꝛimū gradū bonitatis obtinent ſuppoſito ꝙ ſint pingues. dein- de vendoſia. et deinde lopia. Et ꝗuis carpa ſit ſquamoſioꝛ ꝑdi ctis/tū nō habet carnē adeo albā et frangibilē ⁊ ſubtilē ſicut lu cius et parca. et ſepius repitur in ſtagnis. Et vniuerſaliter cete ris paribus melioꝛes ſunt piſces dulcis aque q̄ capiunt in aqua petroſa currente verſus ſeptentrionē ꝓfunda multe agitationis ad quā non ꝯfluunt ſoꝛdicies ciuitatū. in qua etiā non ſunt her- be male. Cancri aūt fluuiales et marini multi ſunt nutrimenti ⁊ nō facile in ſtomacho coꝛrumpunt/verū ſunt difficilis digeſtiōis Sciendū eſt inſuper ꝙ piſces recentes coꝛpus humectāt et lac et ſperma multiplicāt ⁊ multū cōpetūt colericis. Et non ſunt come dendi piſces poſt foꝛte exercitiū vel foꝛtē laboꝛē qꝛ tūc de facili ī ſtomacho coꝛrūpunt. Et caueant ab vſu piſciū habētes ſtomachū debilem vel malis hūoꝛibus plenū. Amplius ſciendū ꝙ piſces groſſi ſemi ſalſi melioꝛes ſunt ꝙ̄ recentes piſces. Et ſaliti multi tempis nō ſunt boni. Item nō ſunt comedendi piſces et carnes ſimul/nec piſces et lacticinia. nec ſunt comedendi piſces poſt ali- os cibos. Item piſces laudabiles parum ſaliti et in pauca quāti- tate ſumpti reuocāt appetitū et ipſum coꝛroboꝛant ſi quis habu erit appetitum ad eos.

Vocibus anguille pꝛaue ſunt ſi comedantur
Qui phiſicam non ignoꝛant hec teſtificantur
Caſeus anguilla nimis obſunt ſi comedantur
Ni tu ſepe bibas et rebibendo bibas

Hic auctoꝛ ſubdit ꝙ anguilla eſt piſcis inſanus maxime no- cēs vocibus. et hoc ꝓbat ſermone medicoꝝ ⁊ naturale philoſo- phiā ſtudentiū. Et rō eſt qꝛ anguilla eſt piſcis limoſus viſcoſus et maxime opilatiuus et multū deficit a ꝯditionibus boni piſcis

prius narratis in pte precedenti. Et qd dictū eſt de anguilla eti am intelligendū eſt de lampreda / licȝ lamprede parue laudabili ores ſunt anguillis et minus piculoſe cū non ſint tante viſcoſita tis et groſiciei ſicut anguille. vt patet ad ſenſum. Unde ſalua re uerentia vtentiū iſti piſces ſunt valde piculoſi q̄uis ori ſunt ſa poroſi. Hoꝝ enī piſciū in aqua ſimilis eſt generatio generationi ſerpentū in terra. vnde multum dubitandū eſt q̄ non ſunt vene noſi. vnde eoꝝ capita ꝛ caudā in quibus venenū ↄſueuit eſſe et ſimiliter interior ſpina nullo modo ſunt edenda. Bonū eſt etiaȝ ꝓpter earū viſcoſitatē q̄ ſubmergant in vino optimo viue et di mittant ibi quouſqȝ mortue ſint et deinde preparent cū galenti na optimaꝝ ſpecierū ſcdm q̄ coci magnoꝝ dñoꝝ facere ↄſueue runt. Bonū eſt tñ q̄ ebuliant primo duabus ebulitionibus in vi no et aqua ꝛ illa abiecta decoquant ad pfectionē et fiat galenti na vel paſtillatura vel aſſatura cū ſalſamēto appropriato vide licet cū ſalſa viridi cū fortibus ſpeciebus ꝛ vino in hyeme. et cū debilibus ſpeciebus ꝛ agreſta ꝛ aceto in eſtate. Commodoſius tñ eſt manerie huiuſmodi piſciū dimittere. Deīde ſubdit textus q̄ caſeus et anguilla multū nocent ſi comedant. et iſtud intelli gendū eſt ſi in magna quantitate ſumant / quoꝝ cauſe dicte ſūt de caſeo ibi. Perſica poma. Et de anguilla nūc dicta eſt cauſa. Poſtea dicit textus q̄ ſi iſta ſumant cū frequenti potatione vini malicia eoꝝ corrigit. Et iſtud nō debet intelligi de vino ſubtili et penetratiuo nec de vino qd datur via potus conductiui / quia tale nō debet dari ſup cibum generatiuū mali humoris qñ come ditur. nec ante ipſum nec poſtq̄ fuerit digeſtus vt vult Aui. iij. i. c. de regimine aque ꝛ vini. qꝛ tale vinū magnū nocumentū indu ceret: penetrare eīn faceret humorē malum ex hoc cibo genitum vſqȝ ad extrema corpis qui forte non ſufficeret penetrare ſine vi ni auxilio et conductu. Sed intelligendū eſt iſtud de vino forti non multum penetratiuo ſepe et in parua quantitate dato gra tia pmixtionis ciborum. Tale enī corrigit maliciā ciborum / con fortat digeſtionē et digerit fleumaticos hūores et frigidos qua re iuuat ad digeſtionē caſei et anguille q̄ male digeſtionis ſunt

ſanguinē adurit ⁊ ipſum prius in coleram rubeam mutat ⁊ po-
ſtea in nigram. Operationes ſalſi ſcd̄m Aui. ſunt abſterſio ab-
lutio exſiccatio ⁊ ꝓhibitio putrefactionis. Et ſcd̄m Ra. dicta ſūt
in textu immediate p̄cedenti. Operationes vero acetoſe ſunt
ſcd̄m Aui. infrigidatio ⁊ inciſio. ⁊ ſcd̄m Ra. acetoſum colerā ru-
beam ⁊ ſanguinē reprimit ⁊ ventrē ſtringit ſi ſtomachus ⁊ inte-
ſtina mūda fuerint. Si aūt fleumatis in eis fuerit multitudo vē-
tris facit fluxum ⁊ corpus infrigidat. virtutē quoq; digeſtiuā m
debilitat ⁊ proprie in epate. Neruis vō ⁊ neruoſis mēbris nocu-
mentū affert ⁊ corpus deſiccat virtutē aūt appetitiuā excitat.
De opationibꝰ vō inſipidi dicit Ra. ꝙ aliqd̄ eſt inſipidū qd̄ magis
nutrit .i. ꝙ equalitati magis vicinū eſt. Aliud eſt ꝙ tpate calefa-
cit ⁊ aliud qd̄ tpate infrigidat ⁊ ſi cū ipſo fuerit multa humidi-
tas humectabit. ſi vero ſiccū fuerit deſiccabit.

**Bis duo vipa facit mundat dentes dat acutū.**
**Viſuꝫ quod minꝰ ē iplet minuit quod habūdat**

Hic ꝓponūtur quatuor iuuamēta vipe Primū eſt ꝙ vipa mū-
dat dentes. Cuiꝰ cauſa eſt q2 propter panē diutiꝰ inherentē den
tibus ꝙ vinū ſolum ſine pane limoſitas illo dentibus adherēs
a qua dentes liuidi dicūtur a vino meliꝰ ꝯſumit ⁊ abſtergitur.
Scd̄m eſt ꝙ acuit viſum q2 ꝓhibent malos fumos ad cerebrum
aſcendere q̄ offuſcarēt ſpūs viſiuos per eoꝝ immixtionē Et iſtud
facit ex eo q2 digerit materias malas i ſtōacho exiſtētes Terciū eſt

ꝙ minus digeſtū̄ facit digeri q꞉ facit clauſionē orificij ſtomachi.
et ꝯfortat digeſtionē. Quartū eſt ꝙ ſupflue digeſtū ad mediū re
ducitur ⁊ totū iſtud maxie veritatē hꝫ de vipa panis cū vino dū
modo panis primo aſſatus ſit aut ſupra prunas exſiccatus.

**Omnibus aſſuetam iubeo ſeruare dietam.**
**Approbo ſic eſſe. ni ſit mutare neceſſe**
**Eſt ypocras teſtis qm̄ ſequitur mala peſtis.**
**Fortior eſt metha medicine certa dieta.**
**Quam ſi non curas fatue regis et male curas.**

Hic ponūtur aliqua documēta quoꝝ primū eſt ꝙ omnibꝰ bo
num eſt ſeruare dietā ꝯſuetā. Et ꝑ dietā intelligitur administra
tio cibi ⁊ potus. Et ratio huiꝰ documēti eſt q꞉ tranſgreſſio a con
ſuetudine nocet nocumēto magno. ꝯſuetudo eñ eſt altera natu
ra. ſicut igitur naturam cuſtodire oportet ſic ⁊ ꝯſuetudinē ⁊ ſpe
cialr̄ ſi ꝯſuetudo fuerit laudabilis. Et ſicut oportet ſeruare con-
ſuetā adminiſtrationē cibi ⁊ potus ita etiā oportet ſeruare con-
ſuetudinē in alijs rebus nō naturalibꝰ ꝓpter eandē rationem.
Vn̄ ſi aliqs fuerit ꝯſuetꝰ multū laborare ⁊ velit hanc ꝯſuetudi-
nem omittere ⁊ in ocio viuere vel multo minꝰ laborare vel aliā
ſpēm laboris aſſumere ⁊ aliud tp̄s vel aliū modū ꝓculdubio mł
tū ex hoc debilitaꝛ. Et ſilr̄ intelligiꝛ in cibis ⁊ potibus ſomno et
vigilijs ⁊ euacuationibꝰ ⁊ aīe accn̄tibꝰ. In oībꝰ eñ multū obſer
uāda eſt ꝯſuetudo ſi ſit laudabił vł paꝝ laudabił vel indifferēs
inꝫ bonitate ⁊ malicia reſpectu hꝰ ad qd̄ dꝫ fieri ꝑmutatio. Et cir
ca iſtud ſciēdū eſt ꝙ aſſueti exercitare vel laborare quibuſdā la-
boribꝰ ꝯſuetis dato ꝙ tales ſint debiles vel ſenes minus ledun
tur ⁊ fortiꝰ laborāt ꝙ̄ ſi eſſent iuuenes inconſueti. Et iſtud vult
ypo. ij. amph̄o. dicens. Aſſueti aſſuetos ferre labores et ſi fuerit
imbecilles aut ſenes incōſuetis fortibus ⁊ iuuenibꝰ facilius fe-
runt. Et ratio eſt quia iſti hn̄t maiorē inclinationē ⁊ conſuetu-
dinem ad iſtos labores iam conſuetudo prius habita leuior eſt

vt dicitur in comento p̄dicti amphoriſmi. Et iſta eſt cauſa quare
videmꝰ hoīes debiles vel ſenes. q ex ꝯſuetudine aliqd̄ exercent
opus mechanicū facere aliqua q̄ facere nō poſſent eis fortiores
ꝛ iuniores aut minus ab eis ledūtur ſicut videmꝰ multorē debi-
lem facilius ſaccum eleuare q̄ꝫ co fortiorē. ꝛ fabrū antiquū mi-
nus ledi malleatione q̄ꝫ iuuenē fortē non ꝯſuetū. Scd̄m documē-
tum eſt q̄ mala peſtis. id eſt. magnū nocumentū ſequitur ex ꝑmu-
tatione diete ꝯſuete vt vult ypo. niſi fuerit neceſſe eam ꝑmuta-
re. Eſt aūt neceſſariū eam permutare Primo qn̄ eſt illaudabilis
ſic q̄ ex ea perueniretur ad peſſimas egritudines ſicut conſuetu
do comedendi malos cibos in fine ex neceſſitate ꝓducētes ad
malas egritudines. Talem em̄ ꝯſuetudinē ꝛ ſiles neceſſe eſt cor
rigere ꝛ permutare vel totalr̄ vel ſaltē infra terminos latitudi-
nis eaꝝ ſed hoc dꝫ fieri paulatim ꝛ ſcd̄m quendā ordinē. Nam
omnis ſubita mutatio vehementer nocet ꝛ ſpecialr̄ a ꝯſueto ad
inconſuetū Scd̄o neceſſe eſt eam ꝑmutare vt aliquis minꝰ leda
tur ex inconſueta ſi poſtea ad eam ſe tranſtulerit. Si em̄ qs ad
omnē dietam ſe aſſueſcat: minus ab omni ledetur cū ſe ad eā
trāſtulerit. Et iſtud etiā intelligendū eſt in alijs rebꝰ nō natura
libus. Et iſtud eſt qd̄ dicit ypo. ij. amphoriſmoꝝ. Ex multo tp̄e
ꝯſueta ꝛ ſi fuerint deteriora inſuetis minus moleſtare ꝯſueue-
runt. oportet igitur ad nō ꝯſueta tranſmittere. Et circa iſtud eſt
ſciendū q̄ quiſqꝫ debet ſibi cauere ne vnius rei quantūcunqꝫ bo
na ſit ſibi ꝯſuetudinē faciat quam ipſum ſeruare ſit neceſſariū.
Verbi grā: ſi quis vno cibo vl' ꝯſueto ſemꝑ vtatur vel aliquo potu
vel totaliter ab eis abſtineat vel dormire vel moueri vel coire
totaliter aſſueſcat ad hoc grauiter abſtringatur. maximū enim
incurret nocumentū ſi interdū ab eiſdeꝫ oporteat abſtinere. ſic
igitur quodlibet corpus ſe diſponere debet vt calorē ꝛ frigꝰ pati
poſſit ꝛ admotiones ꝛ q̄lꝫ nutriētia aptus reddatur ꝛ vt ſomni
ꝛ vigiliarū horas mātōes ꝛ domos lectos ꝛ indumēta ſine leſi-
one permutare poſſit qd̄ quidē poterit fieri ſi ꝯſuetudo nō ob-
ſeruetur ad vnguem ſed interdum ad inconſueta tranſeamus.
Oportet igitur ad inconſueta aliqn̄ ꝑmutare. Et iſtud vult Ra.

iiij. alman. c. de ꝯſeruatione ꝯſuetudinū. Terciū documentū eſt ꝙ fortior ꝛ potior merba in medicando egrum eſt adminiſtrare dietam certam quam medicus nō curauerit. ꝛ aliam indebitam adminiſtrauerit fatue regit egrū ꝛ male eū curat. Et circa iſtud eſt ſciendū ꝙ triplex eſt dieta. ſ. groſſa que eſt quaſi dieta ſanoꝝ ꝛ tenuiſſima que eſt nichil dare vel quaſi ꝛ media que abſolute tenuis dicitur. Et iſta diuiditur in dietam tenuem declinantē ad latus groſſe ſicut aqua carnis oua ſorbilia ꝛ pulli parui ꝛ declinantē ad tenuiſſimā ſicut aqua ordei mellicratū ꝛ vinum granatoꝝ ꝛ mediam qua cetera nominantur vt ptiſana non colata ꝛ extremitates pulloꝝ. Et iſta dieta certa in pluribus ꝯuenit egritudinibus nō tñ in omnibus. Non eñ ꝯuenit in egritudinibus longis q: in talibus oportet virtutē longo tpe eſſe anteꝙ perueniat ad victoriā ꝛ virtus cum dieta certo tpe non poſſet ꝑdurare ſine magna debilitate oportet ergo in tali egritudine cibū ingroſſare. Silr non ꝯuenit in acutiſſimis egritudinib' ſcȝ in illis que terminātur in quarto die vel ante q: in talibus ꝯuenit dieta tenuiſſima vt vult ypo. i. ampho. ibi ad vltimas egritudinis vltime curationis ad ꝑfectionē ſunt potentes.

## Quale quid et qñ. quantum quotiēs, vbi dando Iſta notare cibo debet medicus dietando.

In iſto textu ponuntur ſex a medico ꝯſiderando in adminiſtratione diete. Primū eſt quale. id eſt. cui' qualitatis debet eſſe cibus q: in egritudine calida debemus egrum dietare frigido cibo ꝛ in frigida calido. in humida ſicco. in ſicca humido. Uerū tñ ꝙ naturalis ꝯplexio dieta ſibi ſili ꝯſeruari dȝ. vt vult Ga. iij. tegni. vbi calidiora calidiorib' indigent adiutoriis. frigidiora frigidioribus ꝛc. Scdm eſt quid. id eſt. cui' ſubſtantie dȝ eſſe cibus q: athlete ꝛ ruſtici fortib' exerciciis ſuppoſiti debēt dietari cibo groſſo q: in eis vis digeſtiua eſt fortis ꝛ ſic nō debēt vti cibis ſubtilibus vt pullis caponibus carnibus vitulinis ſeu hedinis quia iſte carnes in eis adurētur aut nimis cito digerentur quare ne-

ceſſe eſſet eis ſepe comedere. Nobiles vero ⁊ in ocio viuentes de
bent vti dieta ſubtilis ſubſtantie qꝛ in eis virtus digeſtiua eſt de
bilis non potens in groſſos cibos cuiuſmodi ſunt carnes porci-
ne ſalſe ⁊ bouine ⁊ piſces ſole exſiccati. Silr̄ in egris egrotātes
egritudinibus acutis debent vti ſubtiliori dieta q̄ egrotantes
egritudinib⁹ cronicis .i. longis ſicut quartanis. Terciū eſt qn̄ .id
eſt quo tp̄e dieta debet dari. qꝛ inſanis maxime dꝫ attēdi ꝯſuetu
do. Vn̄ in eſtate hoīes ſurgentes ⁊ ꝯſueti bis ſolum in die come-
dere: debent comedere hora decima vel modicū ante ⁊ nō expe
ctare mediū diei propter nimiū diei calorē. Silr̄ debent cenare
hora ſexta vel modicū poſt. In hyeme vero debēt prādere hora
xi. vel. xij. propter longitudinē ſomni ⁊ deinde cenare hora .vij
vel modicū poſt. ⁊ maxime ſeruāda eſt ꝯſuetudo. In egris vero
etiā ꝯſiderādū eſt tp̄s qꝛ in febrib⁹ in paroxiſmo vel ſtatim ante
paroxiſmū vel ſtatim poſt non eſt danda dieta qꝛ ſi ſtatim ante
paroxiſmū vel in paroxiſmo detur natura diuertitur a digeſtiōe
materie febris ꝓ hoc q̄ dꝫ digeſtioni cibi eſſe intēta. Et non de-
bet dari ſtatim poſt paroxiſmū qꝛ virtus adhuc multū debilita-
ta eſt ex paroxiſmo immediate p̄cedenti Debet igitur dari dieta
ante ꝑoxiſmū tanto tp̄e q̄ poſſit digeri ante aduentū paroxiſmi
vel debet dari aliquo tp̄e poſt paroxiſmū. Et iſtud eſt verū niſi
timeatur magna debilitas virtutis tunc enim dandus eſt cibus
quocūqꝫ tp̄e. Accidentib⁹ enim virtutē diſſoluētibus cibus ilico
dandus eſt vt vult Ga. in comēto illius amphoriſmi .i. ꝯti. ꝯtem
plari aūt oportet. Quartū eſt quantū .id eſt. quātitas cibi ſumē-
di qꝛ vt dictum eſt prius quātitas cibi eſtate comedendi pro qua
libet vice debet eſſe pauca qꝛ calor naturalis tunc debilis eſt pro
pter nimias reſolutiones. In hyeme vero cibus vna vice ſumen
dus debet eſſe multus qꝛ virtus digeſtiua tunc fortis eſt cū ca-
lor naturalis ſit vnitus propter frigus circumſtans vt dictū eſt
prius ibi. Tp̄ibus veris. Quintum eſt quotiēs .id eſt. quotiēs in
die ſit cibus dandus qꝛ in eſtate dꝫ ſepi⁹ dari q̄ in hyeme. autū-
no vel vere lꝫ modicū pro qualibet vice vt etiam prius dictū eſt
Silr̄ virtute digeſtiua exiſtente debili ſepe modicū ⁊ de cibo eſt

dandū virtute vero exiſtente forti pōt multū dari ꝛ paucis vici bus. Sextū eſt vbi.i.in quo loco qꝛ cibus nō eſt ſumendus in lo- co frigido multū nec multū calido ſed magis in loco tꝑato.

## Jus caulis ſoluit cuius ſubſtancia ſtringit.
## Utraqꝫ quando datur venter laxare paratur.

In hoc textu autor dicit tria. Primum eſt ꝙ ius caulis.id eſt aqua ꝛ maxime prime ebullitionis caulium ſi bulliantur ſoluit ventrem. Cuius cauſa eſt quia in folijs ꝛ partibus exteriori- bus caulium eſt virtus quedam nitroſa abſterſiua debiliter inhe rens ꝛ facile ſeparabilis per modicam decoctionem ſiue ebul- litionem que ſperſa per aquam ipſam laxatiuam reddit. Et hinc etiam eſt ꝙ prima aqua decoctionis caulium magis laxat ꝙ ſe- cunda quia iſta virtus nitroſa abſterſiua per primam decoctio- nem plurimum ſeparatur. Secundum quod dicit eſt ꝙ ſubſtan- tia caulium et hoc poſt decoctionem eorum ſtringit ventrem. Et cauſa eſt quia omnis virtus qua laxaret per decoctionem ab ea ablata eſt et manet ſubſtantia terrea ſicca que ventrem ſtrin git. Tercium quod dicit eſt ꝙ vtraqꝫ ſimul ſumpta.ſcilꝫ aqua de coctionis caulium ꝛ ſubſtantia eorum laxant ventrem. et ratio eſt quia virtus abſterſiua et nitroſa in aqua manet gratia cuius totum laxat. Pro maiori noticia ſciendum eſt primo ꝙ caules generant humorem melancolicum ꝛ ſomnia mala. mali ſunt ſto macho. parum nutriunt. viſum obtenebrant. Somnum indu- cunt menſtrua ꝛ vrinam prouocant vt partim Auicen.ij. cano- nis. et partim a Ra.iij.alman.colligitur. Secundo ſciendum ꝙ comeſtio caulis ſiue decoctionis ſiue ſeminis eius prohibet ꝛ re tardat ebrietatem. vt videtur innuere Ariſtot.iij. parti. pro- bleum. querens propter quid caulis ſoluit crapulam. Et idem volunt Ra. et Auicen. locis preall'. Cuius cauſa poteſt eſſe iſta ſcđm aliquos. quia propter comeſtionem caulis eleuantur fu- mi valde groſſi ingroſſantes fumoſitates vini que ingroſſate impediuntur penetrare ad cerebrum propter earum groſſitu-

dinem Philo. vero probleumate predicto aliam dat cām iſtam ſcꝫ qꝛ dē qꝺ trahit humidū vinoſum ad ſe ac a corpe repellit. et corpus infrigidat. curat crapulā. ſed caulis eſt hmōi ergo curat crapulam. ꝙ aūt caulis ſit hmōi probat. qꝛ per ſuccū caulis que eſt diureticus trahūtur humiditates vinoſe indigeſte a toto cor-pore. ꝛ in veſicam deferūtur. et per ſubſtantiā eius frigidā ſti-pticam ꝛ terream in ſtomacho relictam nō potentē penetrare in frigidat totum corpus. Et per ꝯſequēs curat crapulam hoc mo-do qm̄ ſuperfluitates ſubtiles que non poterāt deorſum tende-re propter caliditatē vini mouentem eas ad ſupiora, vt ad cere-brum feruntur repreſſe deorſum ꝛ virtute ſucci trahūtur ad veſi-cam. Eſt em̄ diureticꝰ ꝛ menſtruoſum prouocatiuꝰ. vt dictū eſt.

**Dixerunt maluam veteres quia molliat aluum.**
**Malue radices raſe dedere feces.**
**Vuluē mouerunt et fluxum ſepe dederunt.**

Hic ponuntur tres proprietates ſiue effectꝰ malue. quoꝝ pri-mus eſt ꝙ malua mollificat ventrē. qꝛ eſt vnū de remollitiuis. Sunt em̄ quatuor remollitiua. ſcꝫ malua biſmalua. branca. vrſi-na. et mercurialis. ex quibus cōiter fit cliſtere lenitiuū ꝛ mollifi-catiuum qꝺ valet ad fecum induratarū eductionem. Et eſt du-plex malua. quedam em̄ eſt habens ſanguineos flores. et alia habens albos flores. Et in iſta eſt maior proprietas mollifican-di ꝙ̄ in prima. Scd̄us effectus eſt ꝙ radices malue abraſe edu-cunt feces. ꝛ hoc eſt qn̄ ex ipſis fiunt ſuppoſitoria ſicut ſolent fie-eri de radice mercurial'. Terciꝰ effcūs malue eſt ꝙ facit fluxū mē-ſtrui in mulierībꝰ. ꝛ hoc eſt propter nimiam eius humectationē ꝛ lubrificationem. qua vene matricis facilius a ſanguine acuto fundūtur. Et dicit platearīꝰ ꝙ certo expimēto mēſtrua ꝓuocat.

**Mentitur menta ſi ſit depellere lenta.**
**Ventris lūbricos ſtōachi vermeſqꝫ nociuos.**

Hic autoꝛ pouit vnum documentū de menta dicens. ꝙ menta non debet denominari hoc nomine menta ſi non habeat vim ſtatim auferēdi vermes ventris ⁊ ſtomachi. Menta eñ magne et foꝛtis eſt aromaticitatis ⁊ magne amaritudinis. ⁊ ideo quē= admodum abſintium varmes interficit ſic ⁊ menta. Et debet da ri decoctio eius ſicut ⁊ abſinthi ⁊ non ſubſtantia. Aduertendu᷒ tamen q᷒ multū calida eſt ⁊ ſicca ſanguinē adurens non compe tit via cibi in regimine ſanitatis. Bene tñ ꝯuenit via medicine. q᷒ ſtomachū ꝯfoꝛtat et ipſum calefacit ⁊ ſedat ſingultū ⁊ digerit et pꝛohibet vomitū fleumaticū ⁊ ſanguineū ⁊ ad coitum incitat. ppter inflationem que eſt in ipſa et humiditatē oꝛtalanam et pꝛohibet ſputum ſanguinis ⁊ confert ad moꝛſum canis rabioſi. et eſt pꝛopꝛia ad illud. Et ſi fruſta ipſius in lacte dimittuntur nō caſeatur. vt colligitur ex Aui. ij. canonis. c. de menta.

Cur moꝛiatur homo cui ſaluia creſcit in oꝛto
Contra vim moꝛtis non eſt medicamen in oꝛtis
Saluia confoꝛtat neruos manuūqꝫ tremoꝛem.
Tollit et eius ope febꝛis acuta fugit.
Saluia caſtoꝛeum lauendula pꝛemula veris
Naſtur. athanaſia ſanant paralitica membꝛa.
Saluia ſaluatrix nature conſiliatrix.

Jn hoc textu autoꝛ pꝛincipalr̄ tria facit. Pꝛimo innuit ma= gnam vtilitatem ſaluie querens per modū dubij. Cur homo mo riatur in cui⁹ oꝛto creſcit ſaluia. Ad hoc reſpondetur in ſecundo verſu ſic ꝙ nulla eſt medicina creſcens in oꝛtis q̄ pꝛohibeat moꝛ tem ꝙuis in oꝛtis bene creſcat medicina pꝛohibens putrefactio= nem coꝛpoꝛis et humiditatē naturalem defendens ne cito diſſol uatur. Et iſtud innuit Aui. iij. i. c. ſingulari dicens. Et ars qui= dem ſanitatem cuſtodiens non eſt ars que a moꝛte ſecuros nos faciat neqꝫ coꝛpus ab extrinſecis nocumentis muniat neqꝫ vnū=

quodqꝫ corpus ad vltimaꝫ vite longitudinem perducat que eſt ſcd̄m hominem abſolute. ſed de duabus rebus ſecuritatem pre-bet putrefactionis penitus prohibitione ⁊ defenſione humidita-tis ne cito diſſoluatur. Secundo ponit tres effectus ſaluie quoꝝ primus eſt ꝙ ſaluia ꝯfortat neruos quia exſiccat humiditates qui-bus impediūtur ⁊ relaxātur nerui. ſecundus eſt ꝙ remouet tre-morem manuum. Cui⁹ cauſa eſt quia ꝯfortat neruos. vt dictum eſt. Jam omne ꝯfortans neruos tremorē remouet. cum tremor cauſetur ex debilitate neruoꝝ. Et propterea ſenes aliqui ⁊ ve-tule ſpecialiter imponunt potui ſiue cibo eoꝝ folia ſaluie. terci⁹ eſt ꝙ remouet febrem acutam. id eſt impedit eam ne contingat. Cui⁹ cauſa poteſt eſſe quia exſiccando humores impedit eorum putrefactionem ad quam poſſet ſequi febris acuta. Et pro ma-iori noticia ſciendū eſt ꝙ ſaluia eſt calida ⁊ ſicca. ⁊ ideo non mul-tum competit per ſe via cibi. Quia tñ ipſa ſaluia multū confor-tat neruos homines in ſanitate. multum vtuntur ſaluia duplici-ter. Primo quidem componendo ex ea vinum ſaluiatū: quo vi-no homines in latitudine ſanitatis vtuntur ſpecialiter in princi-pio menſe ⁊ competit huiuſmodi vinum paraleticis ⁊ epilenti-cis moderate ſumptum. et precedente purgatione anteceden-tis medicine. Secundo vtuntur ſaluia in ſalſis. nam excitat ap-petitum ⁊ ſpecialiter cum ſtomachus fuerit repletus malis hu-moribus crudis ⁊ indigeſtis. Et eſt duplex ſaluia. ſcꝫ domeſtica et habet lata folia ⁊ magna. Alia eſt que vulgariter nobilis di-citur: ⁊ habet minora ⁊ ſtrictiora folia. et apud medicos dicitur lilifagus. Tercio enumerat autor ſex res medicinales valentes in curatione paraliſis. Et dicitur ꝙ ſaluia caſtoreum lauendu-la premula veris. naſturcium ⁊ athanaſia curant ⁊ ſanant mem-bra paralitica. id eſt paraliſi tacta ſiue debilitata. De ſaluia autē cauſa patꝫ ex dictis: quia vt dictū eſt ſaluia confortat neruos qui in paraliſi debilitati ſunt. Et etiam quia ſaluia calida eſt et ſicca conſumit materiam fleumaticam imbibitam neruis ex qua fit paraliſis. De caſtoreo patet quia caſtoreum eſt maxime confor-tatiuum calefactiuum et exſiccatiuum neruorum. Dicit enī Aui.

ij.canonis.c.de eo q̄d ſubtilius ⁊ fortius omni quod calefacit et
exſiccat. Et poſtea dicit ꝙ confert neruis ⁊ calefacit ⁊ confert tre
mori ⁊ ſpaſmo humido ⁊ ſtupori ⁊ paraliſi Et poſtea adhuc ſub
dit ꝙ non eſt aliquid magis iuuatiuum ventoſitati in aure ꝙ̈ ip
ſum cum ex caſtorio accipitur quantum eſt lens vna ⁊ diſſolui-
tur in oleo nardino et diſtillatur in eam. Plures alios effectus
habet caſtoreum quos Auicen. narrat loco preall'. Et eſt caſto-
reum teſticulus cuiuſdam animalis marini quod dicitur caſtor.
Et oleum de caſtoreo etiam multum valet in paraliſi ſicut caſto-
reum poſt euacuationē materie quia tunc illam materiam que
reſidua eſt conſumit ⁊ neruos confortat. De lauendula etiam
patet quia ſua aromaticitate confortat neruos ⁊ ſua calefactio-
ne conſumit materiam paraliſis. De premula veris etiam pa-
tet quia ſua aromaticitate ⁊ calefactione confortat neruos. Et
dicitur premula veris quia eſt de primis aromaticis in vere cre-
ſcentibus. De naſturcio patet quia naſturcium eſt calidum ⁊ ſic-
cum ſubtiliatiuum ⁊ inciſiuum et reſolutiuum quare aufert ma-
teriam paraliſis. Et dicit Auicen. ij. canonis. c. de eo quod con-
fert omni mollificationi neruorum quia calefacit ⁊ educit fleu-
mata ⁊ mundificat neruos a fleumate. Et ideo conſulunt medi-
ci vt naſturcium in quadrageſima edatur propterea quia cibi
quadrageſimales ſunt fleumatici. Et eſt naſturcium herba com-
munis creſcēs in locis frigidiſſimis. ſcilꝫ in locis petroſis ⁊ aquo
ſis vbi ſunt multi fontes. De athanaſia vero que alio nomine
dicitur tanacetum teuthonice tente vel reyn vaen. patet ꝙ iſta
herba habet virtutem purgandi fleumata ⁊ ſua caliditate ex-
ſiccat neruos Et etiam habet virtutem purgandi vermes ⁊ ma
teriam ex qua generantur. Et ideo gallici communiter in die-
bus paſchalibus vtuntur athanaſia frixa cum ouis ad purgan-
dum fleumata ex piſcibus in quadrageſima generata ex quib'
facile generantur vermes in diſpoſitis. Et in fine textus autor
ſubdit ꝙ ſaluia dicitur quaſi ſaluatrix nature.

Nobilis eſt ruta quia lumina reddit acuta.
Auxilio rute vir quippe videbis acute.
Ruta viris coytum minuit mulieribus auget.
Ruta facit caſtum dat lumen et ingerit aſtum.
Cocta facit ruta de pulcibus loca tuta.

Hic ponit autoꝛ quatuoꝛ effectus rute. Primꝰ eſt ꝙ acuit viſum. Et pꝛopꝛie ſuccus eiꝰ vt dicit Aui. ij. canonis. c. de ea. ⁊ priꝰ dictū eſt ibi. Allea nux ru. Scđs eſt ꝙ ruta minuit deſideriū coeundi in viris: ſed in mulieribꝰ auget. Cuiꝰ cā pōt eſſe iſta. qꝛ ruta ſua caliditate ⁊ exſiccatione ſperma in viris minoꝛat qđ ſubtile eſt ⁊ aereū. ſed in mulieribꝰ ſubtiliat ⁊ calefacit. qꝛ in eis ſperma eſt aquoſum ⁊ frigidū ⁊ ergo eas magis ad coitū incitat pꝛopter ſubtiliationē ⁊ caliditatē ſpermatis ex ruta. Terciꝰ effectus eius eſt ꝙ ruta facit aſtutiā. i. facilē apphenſionē ⁊ inuentionē alicuiꝰ medij in cā ſubtili qꝛ ꝓpter calefactionē ⁊ exſiccationē ſubtiliat ſpūs. ⁊ ſic ingeniū clarificat Quartus effectꝰ eſt ꝙ decoctio rute effugat pulices. ⁊ hoc ſi ex ea irroꝛet̄ domꝰ. qꝛ interficit eas ſcđm ꝙ cōiter dicūt medici. Et ſcđm Aui. vi. iiij. trac. iij. c. de effugatione pulicū. Qñ aſpgitur domꝰ cū infuſione coloquintide ſaliūt pulices ⁊ fugiūt. ⁊ ſilr ex decoctione rubi. Et poſtea ſubdit Aui. Et dixerūt quidā qñ ponit̄ ſanguis hirci in fouea in domo aggregātur pulices apđ eū deinde moriūtur. ⁊ ſilr aggregātur ſup lignū linitū ex adipe ericij. ⁊ fugiūt ex odoꝛe caulis ⁊ foleoꝝ oleādri. Et ſcđm aliquos nichil magis deiectiuū eſt pulicū ꝙ res foꝛtis odoꝛis. et ergo ruta valet menta mentaſtrū lupulus. ⁊ ſuper oīa feces vel vꝛina eque. Itē domꝰ irroꝛata ex decoctione ſeminis rape occidit pulices. Et ſi fumiget̄ domꝰ ex coꝛnu taurino fugiēt pulices Pro captione tñ eaꝝ nichil meliꝰ eſt ꝙ impoſitio pauci bombacis in lecto qꝛ in illo aggregantur.

De cepis medici non conſentire videntur.
Colericis non eſſe bonas dicit galienus
Fleumaticis vero multum docet eſſe ſalubꝛes.

**Preſertim ſtomacho pulcrūqꝫ creare colorem**
**Contritis cepis loca denudata capillis.**
**Sepe fricans poteris capitis reparare decorē.**

Hic loquitur autor de cepis. ꝛ dicit quīqꝫ. Primū eſt ꝙ medici
diſſentiūt de natura ceparū qꝛ aliqbus videtur ꝙ cepe bone ſūt
fleumaticis. aliqui vero ꝙ eis nō valent ſicut forſan Ra. vult qꝛ
dicit eas .ij. alman. generare humores ſupfluos in ſtomacho et
fleumaticos. Scḋm eſt qḋ Ga. dicit cepas multū obeſſe colericis
Cuiꝰ cauſa eſt qꝛ vt dicit Aui. ij. canonis. c. de cepe. Cepe eſt ca
lidum in tercio ꝛ ergo nocet calidis. vt ſunt colerici. Terciū eſt
ꝙ cepe multū valēt fleūaticis qꝛ ſunt calide inciſiue ſubtiliatiue
abſterſiue ꝛ aperitiue quare fleūaticos humores ꝛ viſcoſos in
fleumaticis multiplicatos digerunt. incidūt ſubtiliant ꝛ abſter-
gunt. Quartū eſt ꝙ cepe valent ſtomacho qꝛ mūdificant ipſm a
fleumatibus ꝛ ipſm calefaciūt. et ergo dicit Aui. loco pal. ꝙ illud
qḋ ex cepe comeditur ꝓpter ſuam caliditatē ꝯfortat ſtomachū
debilem. ꝛ ꝓpter iſtud etiā decorāt colorē faciei. qꝛ nō eſt poſſi
bile colorē faciei eſſe viuidū ſtomacho exiſtēte multū fleumati-
co aut repleto malis humoribꝰ crudis ꝛ fleumaticis. Quintū eſt
ꝙ loca depilata. i. loca pilis priuata pilos ſiue crines recuperāt
ſi ꝯterātur cepe cocte ꝛ ex eis fricētur loca deputata. ꝛ iſtud ve-
rum eſt qn̄ deopilatio accidit ꝓpter opilationē poroꝝ ꝛ corrup-
tionē materie ſub cute qꝛ cepe aperiūt poros ꝛ reſoluunt mate-
riam malam que ſub cute eſt ꝛ bonam ad locū attrahunt. Et er-
go fricatio cum cepis valet ad alopicia multū vt vult Aui. ij. ca.
c. alle. ꝛ. vij. iiij. c. de cruda alopicie. Et propter iſtud infert tex-
tus ꝙ capitis decor poterit reparari per iſtam fricationem cum
cepis qꝛ capitis decor pili ſunt. Pro maiori noticia effectuū ce-
parum ſciendum eſt ꝙ cepe excitant coitum. appetitū ꝓuocant
aciem rubificāt. cum melle verucas eradicant. ſicut faciūt intel
lectui nocent. qꝛ humorē malū groſſum generant ſaliuā multi-
plicant ꝛ ſuccus eoꝝ ꝯfert aque deſcendenti in oculum ꝛ abſter

gitviſum .ſicut colligitur ex Aui.ij.canonis.c.al.Sciendū vlte-
rius ꝙ cepe trite cū melle ⁊ aceto ꝯferūt morſui canis rabidi.et
ergo quidā ſupaddunt textui p̄cedenti iſtos duos verſus. Appo
ſitas phibent morſus curare caninos.Si trite cum melle pri⁹ fue
rint ⁊ aceto. Et de iſto etiā pri⁹ dictū eſt ibi. Allea nux ruta

## Eſt modicum granū ſiccum calidumq; ſinapis.
## Dat lacrimas purgatq; caput.tollitq; venenū.

Hic autor duo facit. Primo ponit ꝯplexionē ipſius grani ſi-
napis dicēs ꝙ granū ſinapis eſt modicū granū calidū ⁊ ſiccū qḋ
verū eſt q: eſt calidū ⁊ ſiccū vſq; ad quartū gradū ſcḋz Aui.ij.ca
nonis.c.de ſinapi. Secūdo ponit tres ꝓprietates ſiue effectus
grani ſinapis. Prim⁹ effectus eſt ꝙ ꝓmouet lachrimas. Cui⁹ cā
eſt q: ſua caliditate nimia ſubtiliat ⁊ diſſoluit humiditates cere
bri ex quib⁹ tūc ꝓpter eaꝝ fluxū ꝓueniunt lachrime Secundus
effectus ſeminis ſinapis eſt ꝙ expurgat caput.id eſt. cerebrum
mundificando ⁊ abſtergēdo humiditates fleumaticis a capite
Expurgat etiā caput naribus impoſitū ꝓuocādo ſternutationē
ſua mordicatione.⁊ ideo imponit̃ naribus appopleticoꝝ. Per
ſternutationē aūt expellūtur nocumēta cerebri.⁊ ſil'r ſemē ſina-
pis ſua caliditate ſubtiliat fleumata ⁊ diſſoluit illa q̄ opilant me
atus cerebri ex quoꝝ opilatione ſequit̃ appoplexia. Et ſic relin-
quit̃ ꝙ ſemen ſinapis eſt valde inciſiuū fleumatis et ꝯſumptiuū
⁊ mundificatiuū. Terci⁹ effectus eſt ꝙ tollit venenū. Et iſtud cō
cordat cū dicto Aui.loco preal ſcꝫ ꝙ fugiūt ex fumo ei⁹ vermes
venenoſi.

## Crapula diſcutitur capitis dolor atq; grauedo
## Purpuream dicunt violam curare caducos

Hic ponuntur tres proprietates ſiue effectus viole. Primus
effectus eſt ꝙ viola habet ꝓprietatē ſedandi ebrietatē. Cui⁹cā

pōt eſſe q2 viola odorē hȝ tꝑatū atq; ſuauē. ⁊ talis maxime eſt cō fortatiuꝰ cerebri. forte eñ cerebrum non patitur cito ebrietatē ſeu debile. Et etiam viola eſt frigida quare cerebrum infrigidat et ſic ineptificat ipm ad recipiendu fumū calidum. Scōs effectꝰ eius eſt ꝙ viola eſt ſedatiua doloris capitis atq; grauedinis. Et iſtud verū eſt de dolore capitis ex calida cauſa. vt vult Aui. ij canonis. c. de viola. ⁊ ſilr Ra. iij. alman. ⁊ Me. Et ratio eſt quia viola eſt frigida ⁊ ſic repugnat cauſe calide. Tercius eſt ꝙ viola dicitur curare caducos. i. epilenticos. Et dr̄ notāter in textu di= cunt q2 cōmunes autores nō attribuūt iſtum effectū viole. Et er= go ſi ille effectus ꝯueniat viole. Cauſa eiꝰ pōt eſſe q2 ꝓpter aro maticitate viole cerebrū ꝯfortatur quo exiſtente forti a modicis nocumētis non leditur. ⁊ per ꝯſequens etiam nō incurrit epilē= tiam que dicitur parua appoplexia ex opilatione neruoꝝ ſenſi tiuoꝝ ꝯſtringens.

## De vrtica

Egris dat ſomnū. vomitū quoq; tollit ad vſuȝ
Compeſcit tuſſim veterem colicisq; medetur
Pellit pulmonis frigus ventriſq; tumorem.
Omnibus et morbis ſubueniet articulorum.

Hic ponūtur ſeptem effectus vrtice quoꝝ primus eſt ꝙ vrtica dat egris ſomnum quia eſt ſubtiliatiua et inciſiua ⁊ abſterſiua fleumatis ⁊ groſſoꝝ humoꝝ naturā grauantiū ⁊ ſomnū impedi entiu. Scōs effectꝰ eius eſt ꝙ tollit vomitū ⁊ vſum vomitus. Et ratio eſt q2 vomitus ⁊ nauſea multū accidūt ex humore viſcoſo cuius vrtica eſt inciſiua. Tercius eſt ꝙ vrtica ſedat tuſſim an= tiquam et maxime mel in quo temperata fuerint ſemina vrtice quia vrtica de pectore fleuma expellit viſcoſum. ſcðm Ra. iij. almanſ. Et ſilr eius ſemen cū maxime ſint inciſiua abſterſiua et ſubtiliatiua Et dicit Aui. ij. canoñ. c. de vrtica. ꝙ cum bibitur cū aqua ordei mundificat pectus ⁊ quando decoquuntur folia eiꝰ in

aqua ordei educit humores groſſosqui ſunt in pectore ſed eius ſemen eſt fortius. Quartus eſt ꝙ ꝯuenit colicis .i. colicā patientibus q꞉ vrtica eſt inciſiua ſubtiliatiua reſolutiua ⁊ abſterſiua humiditatis fleumatice aut ventoſitatis groſſe ex quibus prouenit colica pl'im. ⁊ eſt colica egritudo doloroſa in inteſtino dicto colō ſicut iliaca egritudo doloroſa in inteſtino dicto ylion. Quint⁹ eſt ꝙ vrtica pellit frigus pulmonis. ⁊ hoc ꝓpter ſui caliditatē. Sextus eſt ꝙ vrtica eſt ſedatiua tumoris ventris q꞉ reſolutiua eſt ventoſitatis ex qua vt pl'im fit tumor ventris. Septimus eſt ꝙ vrtica ſubuenit doloribus articuloꝝ .i. iuncturaꝝ ſicut artetice ſciatice ⁊ podagre. Et hoc verū eſt qn̄ ꝓueniūt a materia frigida fleumatica groſſa. Cui⁹ cauſa eſt q꞉ vrtica eſt calefactiua inciſiua ſubtiliatiua materie fleūatice groſſe. Et propter iſtos effectus ſcd̄m Aui. ij. canonis. c. de vrtica excitat coytū ꝓprie ſemen eius cum vino ⁊ aperit orificiū matricis. ⁊ ſoluendo educit fleuma ⁊ humorē crudum ſua abſterſione ⁊ nō cū virtute ſolutiua que ſit in ipſa. Ne tn̄ aliquis in gutture ex vrtica aut ei⁹ ſemine ledatur bonū eſt ꝙ poſt ei⁹ ſumptionē bibatur aliq̄d de oleo roſaceo. Et eſt vrtica calida in principio tercij gradus ⁊ ſicca in ſecundo ſcd̄m Aui. loco preal.

## Iſopus eſt herba purgans a pectore fleuma.
## Ad pulmonis opus cū melle coquatur yſopus
## Vultibus eximium fertur reparare colorem.

Hic ponuntur effectus yſopi quoꝝ primus eſt ꝙ yſopus purgat fleuma a pectore. Cui⁹ cauſa eſt q꞉ yſopus eſt herba calida et ſicca in tercio multū abſterſiua diſſolutiua ⁊ ꝯſumptiua humiditatis fleumatice ⁊ habet reſpectū ſingularē ſuꝑ partes pectoris ⁊ ꝓpterea yſop⁹ poſt propriſſime dicitur purgare fleuma a pectore. Scd̄us effectus eſt ꝙ etiā valet ad purgandū pulmonē a fleumate eadem de cauſa. Et proprie ſi coquatur cum melle q꞉ mel etiam eſt abſterſiuū ⁊ abſterſione mellis augmentatur ab-

ſterſio yſopi. Et iſtud idem vult Auicēna .ij. canonis .c. de yſop o dicēs q yſopus confert pectori et pulmoni patiētibus adſnia in tuſſi antiquis et eius decoctio cum ficubus et melle ſil'r. Terti' effect' eſt q facit bonū colorē faciei Et iſtud etiā vult Aui. loco p al. dicēs q eius potus efficit colorē bonū. Et preter iſtos effectus ſoluendo educit fleuma z vermes. vt vult Aui. ibidem. Et ſcd'm Plateariū vinū decoctionis eius matricē mundificat a ſuperfluis humoribus et abſtergit.

## De cerifolio

Appoſitū cancris tritū cum melle medetur
Cum vino potum poterit ſedare dolorem
Sepe ſolet vomitū ventrēqz tenere ſolutum.

Hic ponūtur tres effectus cerifolij. Primus eſt q cerifoliuz tritū cum melle et ſuperpoſitū cancro curat ipſum. Et iſtud idez dicit Pla. c. de cerifolio. Et eſt cancer apoſtema melancolicum corrodens partes corpis tam carnoſas q neruoſas. Et dr̄ cācer qz pcedere videtur vt cancri. Secundus effectus eſt q cerifoliuz bibitū cum vino abſcondit dolorem ventris. Cuius cauſa eſt. qz ventris inflationē de groſſa ventoſitate ex qua puenit dolor mitigat cū ſtomachi ventoſitatē et omniū viſcerū ſoluit et opilationem aperit. et ad hoc etiā coadiuuat vinū. Tertius effectus eſt q cerifolium ſedat vomitū et fluxum ventris. Cuius cauſa eſt. qz cū cerifoliū calidū eſt in tertio gradu et ſiccū in ſecundo materiam illam digerit et exſiccat. ex qua puenit vomitus. Et iſtud maxime verū eſt qn̄ vomitus aut ſolutio ventris prouenıunt a materia frigida fleumatice. Et preter iſtos effectus puocat vrinam et menſtrua et ſoluit dolorē lateris et renū et veſice et precipue datū cum mellicrato.

Enula campana reddit precordia ſana
Cum ſucco rute ſi ſuccus ſumitur huius.
Affirmant ruptis nil eſſe salubrius iſtis.

Hic ponuntur duo effectus enule campane quoꝝ primus eſt ꝙ enula cāpana confortat precordia .i. orificiū ſtomachi qd̓ pre- prie precordiū dicit̄ ſiue mēbra ſpiritualia id eſt mēbra anhelitꝰ que vicina ſunt cordi. Et ſpecialiter radix eius. Qd̓ autē cōfor- tet orificiū ſtomachi patet qꝛ cū radix enule ſit odorifera ꝯfortat membra nervoſa: orificiū autem ſtomachi membrū nervoſum eſt Qd̓ autē ꝯfortet mēbra ſpiritualia patet qꝛ vinū factū ex enula qd̓ vocatur vinū enulatū mūdificat pectus ⁊ pulmonē vt vult Aui. ij. cano. c. de enula. Et enula etiā ſcd̓m ipſū ibid̓ de glutita cū melle adiuuat ad expuendū ⁊ eſt ex eiſq̄ letificant ⁊ cōfortāt cor. Scd̓us effectus eſt ꝙ ſuccꝰ enule cū ſucco rute maxime valet ruptis .i. patientibus rupturā ſiue deſcēſum inteſtinoꝝ ad bur- ſam teſticuloꝝ. ⁊ hoc maximeqñ ruptura eſt ꝓpter vētoſitatem qꝛ illā diſſoluūt ſuccus rute ⁊ enule. Et p̄ter iſtos effectus enula bona eſt ſtomacho malis humoribus repleto ⁊ apit opilationes epatis ⁊ ſplenis. vt vl't. Ra. iij. almā. Et cōfert oībus leſionibus et doloribus frigid̓ ⁊ cōmotionibꝰ ventoſitatū ⁊ inflationis ſcd̓ꝫ Aui. loco preallegato.

## De pulegio

**Cum vino coleram nigram potata repellit.**
**Sic dicunt veterem ſumptum curare podagram**

Hic ponūt̄ duo effectus pulegij. quoꝝ primus eſt ꝙ pulegiū ⁊ principaliter aqua eius ſūpta cū vino purgat colerā nigram Secūdus eſt ꝙ pulegium habet ꝓprietatē curandi podagram veterē ex quo habꝫ ꝓprietatē liquefaciendi ⁊ diſſoluēdi fleūa ex quo podagra ſepius generari ſolet. Et circa iſtud eſt notandū ꝙ vt dicit. Platearius pulegiū eſt calidū ⁊ ſiccum in tercio gradu ſubtilē habet ſubſtantiā virtutē habet cōfortatiuā ex aroma- ticitate. aperitiuā ex ſubſtātia ⁊ qualitatibꝰ. attractiuā ex ignea ſubſtantia vel natura: conſumptiuam ex calore et ſiccitate. Et ſolum vinū decoctionis eius valet cōtra dolorem ſtomachi et in teſtinorū exfrigiditate vel ventoſitate.

## De naſturcio

Illius ſucco crines retinere fluentes.
Allitus aſſeritur dentiſqꝫ curare dolorem.
Et ſquamas ſuccus ſanat cum melle punctus.

Hic ponūtur tres effectus naſturcij quorum prim⁹ est ꝙ naſturcium habet ꝓprietatē retinēdi crines defluentes ⁊ hoc ſi caput vngatur cū ſucco eius vel ſi aqua vl' ſuccus eius bibatur ⁊ hunc effectū tangit. Aui. ij. canonis. c. de naſturcio dicens. Retinet capillos capitis cadētes bibitū et linitum. Sc̄dus eius effectus eſt ꝙ curat dolorē dentiū ⁊ hoc maxie ex cauſa frigida q2 naſturciū eſt inciſiuū reſolutiuū ⁊ calefactiuū vt patuit pri⁹ ibi. Cur moriatur homo. Terti⁹ effect⁹ eius ꝙ ſucc⁹ eius habet ꝓprietatem curandi ſquamas pelli adherētes qū ſumit cū melle ⁊ ex eo linit locus et cā eſt q2 tales ſquame gn̄ant ex fleūate ſalſo. Naſturtiū aūt vt p̄dictū eſt oē fleuma purgat et ergo ꝑ intus ſumptū ꝓhibet cām ſquamarum ⁊ ab exteri⁹ linitū ſua abſterſiōe eas abſtergit ⁊ maxie cū melle. q2 hoc etiā abſterſiuū ē. ⁊ ſic iuuat abſterſiōē naſturcij. ⁊ p̄ter iſtos effect⁹ naſturciū exſiccat putredinē vacuitatis ventris. mūdificat pulmonē ⁊ ꝯfert aſinati ⁊ in medicinis aſmatis ponit ꝓpter illud qd̄ eſt in ip̄o d̄ inciſione et ſubillatōe calefacit ſtomachū ⁊ epar et cōfert groſſiciei ſplenis ⁊ ꝓprie qn̄ ex eo fit emplaſtrū cū melle ⁊ facit euomere colerā ⁊ educit eā ſolutione augmentū efficit in coytu et ſoluēdo educit vermes et ꝓuocat mēſtrua vt vult. Aui. ij. canōis loco p̄allegato.

## De celidonia

Cecatis pullis hac lumina mater yrundo/
Plinus. vt ſcribit quāuis ſint eruta reddit.

Hic ponitur vnū notabile de celidonia ⁊ eſt ꝙ quando pulli yrundinis excecati fuerint tunc mater affert celidoniā ⁊ cum ea fricat oculos pulli excecati et ſic viſus reſtituitur. Et per hoc dat innuere auctor ꝙ celidonia maxime confortat viſum. Et

iſtud etiã manifeſte patet qꝛ in medicinis valentibus ꝯtra debilitatẽ viſus cõiter ponit᷑. Et eſt celidonia herba nota glaucũ habens ſuccũ. Cauſa aũt quare ipſi yrundini data eſt virtus cognoſcendi celidoniã pluſq̃ alijs auibus põt eſſe iſta. qꝛ pulli yrundinis ſepius cecitatẽ patiunt᷑ q̃ pulli aliarũ auiũ. qꝛ feces yrundinũ habent vim excecatiuã oculoꝝ et ſepius patiunt᷑ a fecib⁹ matrũ. Et eſt ſciendũ q̆ ſcd̃m Pla. celidonia eſt calida ⁊ ſicca ĩ tertio gradu. Et ex qualitatibus ſuis et ſubſtantia habet virtutem diſſoluendi conſumendi et attrahendi. Et radices ei⁹ trite ⁊ in vino decocte valent ad purgandũ caput et vuulam ab humore frigido et humido ſi patiens fumũ per os recipiat et poſtea vinũ gargarizet.

## De ſalice

Auribus infuſus vermes ſuccus necat eius.
Cortex verrucas in aceto cocta reſoluit.
Pomorum ſuccus flos partus deſtruit eius

Hic auctor tria dicit de ſalice. Primũ eſt q̆ ſuccus ſalicis auri infuſus interficit vermes auris. Et iſtud põt ꝯuenire ꝓpter ſtipticitatẽ et exſiccationẽ eius. Et eſt hic ſciendum q̆ ſcd̃m Aui. ij canonis. c. de ſalice. Non eſt aliquid magis vtilimũ q̃ ſuccus foliorũ eius in cura ſaniei q̃ currit ex aure. Scd̃m eſt q̆ cortex ſalicis. i. extrema pars eius in aceto decocta reſoluit verrucas. Auicen. vero loco p̃alle. dicit q̆ eius cinis eradicat verrucas linitus cum aceto. et iſtud eſt ꝓpter vehementẽ exſiccationẽ cineris ei⁹ Pro deletione tñ verrucarũ non eſt aliquid magis abſcindens verrucas q̃ fricatio portulace ſuper verrucas. et facit hoc portulaca ſui ꝓprietate et nõ qualitate ſcd̃m Aui. ij. canonis. c. de portulaca. Tertiũ eſt q̆ flos ſalicis et ſuccus pomoꝝ. i. fructuũ eius nocent ꝑtui qꝛ ꝓpter ſtipticitatẽ ⁊ exſiccationẽ coꝝ reddũt partum difficilem.

Confortare crocus dicatur letificando.
Membraq̃ʒ defecta confortat epar reparando.

Hic ponũtur aliqua iuuamẽta croci quorũ primus eſt ꝙ cro-
cus ↄfortat corpus humanũ letificando. Et circa iſtud eſt ſciendũ
ꝙ crocus tantã proprietatẽ habet letificandi ꝙ datus in maiori
quãtitate ꝙ̃ debeat interficit letificando ſiue ridendo. Unde di-
cit Aui. ij. canonis. c. de croco. tres aurei de ipſo interficiunt leti-
ficando. Et eſt aureũ pondus dragme vnius et ſemis Secundũ
eſt ꝙ crocus confortat membra defecta et principaliter cor. Con
fortat etiã ſtõachũ ꝓpter ſuã ſtipticitatẽ et caliditatẽ. Et ꝓpter
eandẽ cauſam etiã reparat epar et maxime ꝓpter ſtipticitatez
q̃ nõ ꝑmittit diſſolui epar. Nimius tñ vſus eius inducit nauſeam
et deijcit appetitũ. Et iſtud innuit Aui. loco p̃alle. dicens. Ipſe
facit nauſeã et deijcit appetitũ ꝓpterea ꝙ appoſitus eſt acetoſi-
tati que eſt in ſtomacho ex qua eſt appetitus. Et p̃ter iſtos effe-
ctus eſt faciens ſomnũ et obtenebrans ſenſus et cũ bibitur in vi-
no inebriat abſtergit viſum et ꝓhibet fluxum ad ipſum. facit an
helitũ facilem et confortat inſtrumenta anhelitus. excitat coytũ
et ꝓuocat vrinam. vt vult Aui. loco preallegato.

## De porro

Reddit fecundas per manſum ſepe puellas
Iſto ſtillantem poteris retinere cruorem

Hic ponũtur duo iuuamẽta porri. Primũ eſt ꝙ porrũ ꝑ man
ſum. i. ꝑ comeſtionẽ eius reddit puellas ſepe fecundas. Cuius
ratio p̃ot eſſe. q2 ſcd̃m Aui. ij. canonis. c. de porro. ↄfert coarta-
tionibus matricis et duriciei que eſt in ipſa que poſſunt eſſe impedi-
menta ↄceptionis. Scd̃m eſt ꝙ porrũ abſcindit fluxũ ſanguinis
nariũ. Idem vult aui. loco preall'. Et plures alij effectus eius di
cti ſunt prius ibi. Allea nux ruta.

Nõ piper eſt nigrũ non eſt diſſoluere pigrum
Fleumata purgabit digeſtiuãq3 iuuabit
Leucopiper ſtomacho prodeſt tuſſiq3 dolori
Utile preueniet mutũ febriſq3 rigorem

Hic ponūtur multa iuuamēta piperis. et primo tria piperis nigri Quorum primū est q̄ piper nigrū non est pigrū in diſſoluendo .i. re ſoluendo ꝓpter fortem eius caliditatē et ſiccitatē. eſt enī calidū et ſiccum in quarto. Secūdum eſt q̄ purgat fleumata. q̄r attrahit ex interiori corpore fleuma et ipſum conſumit ſimiliter fleuma in pectore et ſtamacho inuiſcatū remouet ipſum calefaciendo ſubti liando et diſſoluendo. Tertium eſt q̄ eſt iuuatiuū digeſtiue. Et iſtud patet p̄ Aui. ij. canonis. c. de pipere dicentē q̄ piper eſt di geſtiuū faciens appetitū. Et iſtud maxime intelligendū de pipe re longo. qd̄ eſt magis ꝯueniens digeſtioni crudorū humorum q̄ album vel nigrū. vt teſtatur Gal. iiij. de regimine ſanitatis. c. vij. Secundo ponit v. iuuamēta leucopiperis .i. piperis albi quorū primū eſt q̄ piper album ꝯfortat ſtomachū. Et iſtud patz p̄ Gal. loco preallegato. dicentē q̄ eſt confortās ſtomachū ſup̄ alia duo pipe ra. Et idem vult Aui. ij. canonis. c. de pipere dicens. Et album magis ꝯueniens eſt ſtomachus et vehemētius confortat. Secūdum eſt q̄ piper confert tuſſi maxime ex materia frigida fleumatica. q̄r illam calefacit diſſoluit et incidit. Et iſtud vult Aui. loco p̄allegato. dicēs q̄ q̄n adminiſtratur piper in electuarijs eſt ꝯueniens tuſſi et doloribus pectoris. Tertiū eſt piper album ꝯuenit dolori. et pōt iſtud intelligi de doloribus pectoris ſicut ex Aui. allegatū eſt. vel de dolore ventoſo. Tali enī conuenit om̄e piper. q̄r omne piper ſui ventoſitate carminatiuū eſt ventoſitatū et ſic educit ventoſi tates. Aui. vero loco preallegato. dicit piper album et ſimiliter lon gum ꝯuenire in dolore ventris pungitiuo ſi bibatur cum melle et fo lijs lauri recentibus. Quartū eſt q̄ vtiliter pōt preuenire motum febris .i. acceſſionē ſiue paroxiſmū febris. et hoc febris frigide. q̄r in tali piper aliquo modo materiā calefacit et digerit. Quintū eſt piper album valet in rigore febriū. Cuius cā eſt q̄r piper ſua ca liditate ꝯfortat neruos et materiā ſperſam ſuper eos ꝯſumit. Et Aui. dicit q̄ fricando fit inunctio ex ipſo cū vnguēto et ꝯfert ri gori. Et iſta iuuamēta q̄nq̄ etiā p̄nt ꝯuenire alijs generibus pi perū. vt ex Aui. loco p̄allegato. patet. Et p̄ter iſtos effectus piper cale facit neruos et lacertos adeo q̄ in hoc non eſt aliud ei par. mū

dificat pulmonem / ꝓuocat vrinā paucum de ipſo: ſed multū de ipſo ſoluit ventrem. vt colligitur ex Aui. loco prealle. Et circa iſtud ſciendum eſt ꝙ triplex eſt piper. ſcȝ piper album quod dicit leucopiper. piper longum qđ dicitur macropiper. et piper nigrū quod dicitur melanopiper. Piper album dicitur quod eſt viride multum humidum. Et qñ illud eſt deſiccatū aliquantulum ita ꝙ apparet quedam diſcontinuatio inter eius partes. non tamē ſit perfecte maturatū dicitur piper longum. Sed quando eſt perfecte maturatū tunc dicitur piper nigrum.

## Et mox poſt eſcam dormire nimis qȝ moueri. Iſta grauare ſolent auditus ebrieta ſqȝ.

Hic tangunt tria grauedinē auditus inducentia. Primū eſt īmediatus ſomnus poſt cibum ſumptū. ⁊ hoc vſqȝ ad repletionē Cuius cauſa poteſt eſſe iſta. quia ſomnus immediate poſt cibuȝ ſumptum facit indigeſtionē ciborum. cibi autem indigeſti groſſos ac indigeſtos fumos ꝓcreant qui ſua groſſicie meatus auditus opilant. et etiam ſpūs auditionis ingroſſant et perturbant. Secundū eſt nimius motus poſt cibum ſumptū. quia talis etiam impedit digeſtionē ⁊ clauſionē debitam orificij ſtomachi. Aliqui tamen textus loco nimis habent minus. et tunc ſenſus eſt ꝙ nullus motus poſt cibum ſumptū etiam grauat auditū. Cuius ratio eſt quia tunc orificiū ſtomachi non ita facile clauditur ſicut per paucā deambulationē qua cibi deſcendunt ad fundum ſtomachi Jam ſtomacho nō exiſtente clauſo fumi multi aſcendunt ad caput grauantes auditum. Tertiū eſt ebrietas. quia ex ebrietate ꝓcreantur fumi multi et vapores que aſcendunt ad caput ⁊ ad organū auditꝰ ſpm̄ eius ꝑturbantes et auditū grauantes. et nō ſolum ebrietas inducit nocumentū auditui / ſed etiam viſui. Et oībus ſenſibus propter eandem cauſam vt etiam prius dictū eſt. Aui. vero. iiij. iij. c. ij. de conſeruatione ſanitatis auris etiaȝ dat

tria nocentia auribus.et dicit.et ex eis quidē q̄ nocent auri ⁊ reliquis ſenſibus ſunt faſtidiū ⁊ repletio ⁊ ꝓprie ſomnꝰ ſupꝫ repletionē. Et eſt ſciendū ꝙ aliqui textus adhuc hn̄t iſtum verſum cōtinentē adhuc alia inducentia grauedinē auditus.et eſt iſte. Balnea ſol vomitus affert repletio clamor.qꝛ iſta inducūt etiā grauedinē auditus maxime tn̄ tinnitū.qꝛ dicit Auicē.iiij.iij.c.de cura tinnitus. Oportet vt omnes iſte vitent ſolem et balneū laborioſum ⁊ vomitū et clamorē et repletionem.

**Metus longa fames vomitus ꝑcuſſio caſus.**
**Ebrietas frigus tinnitum cauſat in aure.**

Hic tangunt̄.vij.inducentia tinnitū in aure .i.ſonū quem homo videt̄ audire exteriꝰ.quoꝝ primū eſt metus et ſcđm alios motus. Cauſa eſt de metu.quia in metu ſpūs et humores mouētur interiora ſcꝫ verſus cor ſubito ex quo motu facile motus generat̄ ventoſitas q̄ penetrando ad organū auditus tinnitū cauſat. De motu etiā patet qꝛ ex motu corꝑali etiam cōmouent̄ humores et ſpūs.ex qua cōmotione etiā generat̄ ventoſitas facile q̄ veniens ad aures tinnitū cauſat.qꝛ tinnitus cauſat̄ ꝓpter aliquā cōmotionē vaporis aut ventoſitatis circa organū auditus cōmouentiū aerē cōnaturalē in organo auditus exiſtentem. Scđm eſt longa fames. Et rōꝫ ſubiūgit aui.iiij.iij.c.ix.dicēs.et illđ eſt ꝓpter agitationē cadentē in hūoribus ſparſis in corꝑe quieſcentibꝰ ī ipſo. Et cū nō īuenit natura cibū aliquē ꝯuertit̄ ad eos et reſoluit ipſos et mouet eos. Tertiū eſt vomitꝰ.qꝛ in vomitu q̄ eſt motus laborioſus mouent̄ maxime humores ad caput. Jn ſignū cuiꝰ oculos et faciem videmus fieri rubeos et viſus fieri nocumentū. Et ſic etiam facile mouent̄ in vomitu vapores et ventoſitates ad organū auditus. Quartū eſt ꝑcuſſio ſpere in capite et maxime ī aure. Cuius cauſa eſt.qꝛ ex tali etiā accidit vehemens cōmotio aeris cōnaturalis in organo auditus exiſtentis. qꝛ natura aliquo membro leſo īmediate mittit ad ipſum ſpm̄ et ſanguinē qui ſunt

inſtrumēta nature. ex quibus tunc accidit ī aure cōmotio. Quintū eſt caſus et maxīe ſupra caput ꝓpter eandē cauſa; q̄ dicta eſt de ꝑcuſſione. et etiā ex caſu quocūqȝ vehemēs fit cōmotio hūoꝝ in corꝑe. Sextū eſt ebrietas. cuius cā eſt. q꞉ ī ebrietate caput replet fumis ⁊ vaporibꝰ ex quibus ad organū auditus venientibus facile cōmouet aer cōnaturalis ī organo auditus exiſtēs. Septimū eſt frigus. ex forti enī frigore debilitat organū quare ex leui cā facile patit vel ꝯtingit tinnitus ex forti frigore. q꞉ forte frigus cauſat vētoſitates Et nō ſolū ex iſtis cauſis ꝯtingit tinnitꝰ auriū ymo ex plibꝰ alijs ſicut ex vētoſitate capite generata et ī ipſo mota. aut ex ſonitu ſeniei q̄ generat fortaſſe in ipſa et ex feruore puris in ꝑtibus eiꝰ aut ex motu vētoſitatis accidētis multotiens in meatibus eiꝰ. ſic fit in febribus. aut ex repletione ſuꝑflua in corpore et ꝓprie in capite. aut ex materia viſcoſa reſoluta in paucā ventoſitatē. aut ex medicinis quaꝝ ꝓprietas eſt vt retineāt hūores ⁊ vētoſitates ī ꝑtibꝰ cerebri. vt colligit ab Aui. loco ꝑalle.

Balneꝗ vina venus ventus piper allea fumus
Porri cum cepis lens fletus faba ſinapis.
Sol coytus ignis labor ictus acumina puluis.
Iſta nocent oculis ſed vigilare magis.

Hic ponunt. xxi. res nociue oculis. Prima eſt balneū ſiue humidū ſiue ſiccū qđ ſtupha dr̄. Primo q꞉ calefacit eos calefactione multa. ⁊ ſic ledit eoꝝ cōplexionē cū naturaliter ſint frigidi de natura aque. Scđo q꞉ exſiccat ⁊ reſoluit hūiditates ſubtiles oculoꝝ quibus ſpūs viſiui qui ſunt ignei hn̄t refocillari ⁊ temꝑari. Et ꝓpter iſtud plures reꝑiūt ceci ſupra renū ī qbꝰ cōitas vtunt ſtuphis et balneis. queadmodū etiā plures reꝑiunt leproſi in holandia q̄ꝫ aliqua alia regione ꝓpter indebitū regimē. Scđa res eſt vinū et hoc īmoderate ſumptū. tale enī debilitat oculos ⁊ viſum q꞉ caput replet fumis ⁊ vaporibus. et ergo etiā eberat oīs ſenſus. Tertia res eſt venus. i. nimius vſus coytus q̄ ab oībus

medicis fertur debilitare multū viſum. Et ariſto. iiij. ꝓbleu. ꝑti.
iij. aſſignat cauſam iſtam dicēs. q2 ſcꝫ ꝑ coitū auferꝛ qđ opoꝛtunū
eſt oculis. Opoꝛtet enī humidū aqueū ſubtile eis ineſſe in quo
viſibiles ſpūs fulciant. Nam oculus naturaliter eſt talis ſcilicet
humidus Uñ de ſenſu et ſenſato. et. v. de gene. aīali. dr̄ oculum
eſſe de natura aque. Sed euulſis hūidis et euacuatis ꝯuenit ſu-
ꝑioꝛa deſiccari ꝓpter qđ oculi a ſui recedūt natura q̄ humidita-
te vigebat. Et merito oculi vigent hūiditate. q2 ꝑ ſpūs igneos q̄
ſunt in multo motu euaneſcerent niſi humido ſuſtentarentur Et
ex iſto manifeſtū eſt ꝙ coytus exſiccat ꝑtes ſuꝑioꝛes ſubtrahēdo
humidū ad qđ ſequiꝛ leſio acuitatis viſus. Quarta res eſt vētus
et maxime meridionalis. de quo dicit ypo. iij. amphoꝛiſmoꝛum
amphoꝛiſmo illo. Auſtrini flatus ꝙ eſt caliginoſus. i. caliginē et
obſcuritatē in oculis inducens qđ ꝓuenit q2 talis ventus caput
replet humiditatibus ebetātibus ſenſus et ſpūs obfuſcantibus.
Quinta res eſt piꝑ. qđ ꝓuenit ꝓpter ſui acuitatē qua generat fu
mos oculos moꝛdicātes. Sexta eſt allea q̄ etiā nocēt viſui ꝓpter
eoꝝ acuitatē ꝛ vapoꝛoſitatē. vt etiā pꝛius dictū eſt ibi. Allea nux
Septima eſt fumus q̄ etiā nocet oculis ꝓpter ſui moꝛdicationeꝫ
et exſiccationē. Octaua eſt poꝛri q2 eo eſu ipſoꝝ generanꝛ fumi
groſſi melancolici quibus viſus obumbꝛaꝛ. vt etiā pꝛius dictum
eſt ibi. Allea nux ruta. Nona eſt cepe quaꝝ comeſtio nocꝫ oculis
ꝓpter eaꝝ acuitatem. Decima eſt lens. de quo dicit Aui. ij. cano
nis. c. de lente. ꝙ illius q̄ plurimū eius comeſtione vtiꝛ viſus ob-
tenebꝛatur ꝓpter vehementiā exſiccatiōis eius. Undecima res
eſt fletus nimius qui debilitat oculos ex eo ꝙ inducit debilitatē
retentiue oculoꝝ. Duodecima eſt faba cuius vſus generat fumū
groſſum melancolicū obtenebꝛantē ſpūs viſiuos ſicut poꝛrū. Et
ergo etiā comeſtio fabarū inducit ſomnia terribilia. Decimater-
tia eſt ſinapis cuius vſus inducit debilitatē viſus ꝓpter eiꝰ acui
tatem. Decimaquarta eſt aſpicere ſolem. et hoc eſt pꝛopter eius
vehementē nitoꝛē et ſplendoꝛem quibus deſtruitur viſus. vt pa-
tet ad experientiā. et hoc ideo quia vehemens ſenſibile nō ꝓpo-
poꝛtionatū ſenſum ſicut radij ſolares coꝛrumpunt ſenſum. Deci-

ma quinta est coytus. ⁊ maxime post nimiã repletionem. vel magis post nimiã vacuitatẽ et inanitionẽ. ⁊ de iſta reductum eſt. Decimaſexta eſt ignis. cuius inſpectus cauſat ſiccitatẽ vehementem in oculis. et ſic ledit viſum. et etiam ledit, ꝓpter claritatem eius. et ergo cõmuniter videmus fabros et illos qui cõtinue coram igne operãtur rubeos aut debiles habere oculos. Decimaſeptima nimius labor. quia talis etiã vehementer exſiccat. Decimaoctaua eſt ꝑcuſſio ꝯtra oculos que ledit oculos et viſum. quia facit ſanguinẽ fluere ſpiritũ viſiuũ ꝑturbãtem et aliqñ apoſtema generantẽ. Decimanona eſt nimius vſus rerum acutarũ videlicet vti diuerſis ſalſamentis acutis. et hoc ꝓpter acuitatẽ fumorum ex ipſis generatoꝝ. Uiceſima eſt puluis ſiue ambulare in locis puluerulẽtis in quibꝰ de facili puluis ad oculos ꝑuenit et viſum obfuſcat. Uiceſimaprima et inter ceteras magis ledens oculos ⁊ viſum eſt nimiũ vigilare. quia vigilie nimie nimiã ſiccitatem in oculis inducunt. Et in generali omnis repletio nocet oculis. ſimiliter oĩe qđ exſiccat naturã. et omne quod turbat ſanguinem ex rebus ſalſis acutis et aliꝭ et omnis ebrietas. Uomitus vero confert ei inquantũ purgat ſtomachum et nocet ei inquantũ mouet materias cerebri expellendo eas ad ipſum. Et ergo ſi ſuerit vomitus neceſſarius debet fieri poſt cibum cũ facilitate. Et ſimiliter ſomnus ſuperfluus nocet viſui et ſomnus ſtatim poſt repletionem. et multitudo fleubothomie et ꝓprie cum ventoſis continuis. Et iſtud colligitur ex Aui. iij. iij. trac. iiij. c. iiij. de rememoratione rerũ viſui nocentiũ. vbi etiam Aui. plures ex cauſis ĩ textu narratis exprimit.

**Feniculis verbena roſa celidonia ruta.**
**Ex iſtis fit aqua que lumina reddit acuta.**

Hic tanguntur quinqꝫ res medicinales, quarum aqua confert viſui. Prima eſt feniculus cuiꝰ ſuccus in oculo poſitus acuit viſũ ſcđm Ra. iij. almã. Secũda eſt verbena cuius aqua a cõmunibꝰ medicis ponitur in receptis valentibus contra debilitatem viſus.

Tertia eſt roſa cuius aqua ꝯfortando ſpm̄ aīalem pōtꝰ ꝯfortare viſum. Quarta eſt celidonia et eſt herba habens ſuccū citrinum. Et dr̄ celidonia quaſi celica dona donans. Quinta eſt ruta. ⁊ eſt herba cōis. et aque iſtarū duarū herbarū ſimiliter valent. vt ex cōibus auctoribus medicine patet. Et de pluribus iſtarū herbarū prius in diuerſis paſſibus dictum eſt amplius.

**Sic dentes ſerua porrorum collige grana**
**Ne careas iure cum iuſquiamo ſimul vre**
**Sicqʒ ꝑ embotū fumū cape dente remotū**

Hic ponūtur aliqꝫ medicine valentes ad dolorem dentiū. Et dicit textus ꝙ ſemina porroꝝ et iuſquiamꝰ ſimul vſta valēt ī dolore dentiū. Et debent ſic adminiſtrari ſuccus iuſquiami cum ſeminibus porroꝝ debent ſimul comburi et fumus iſtoꝝ ꝑ embotū recipi in illa ꝑte in qua eſt dolor dentis. Juſquiamo enī eſt virtus ſtupefaciendi. et ſic ex ſtupore dolor non ꝑcipit. Et in fumo ſeminis porris eſt virtus interficiendi et eijciendi vermes q̄ aliqñ in cōcauitatibus dentiū exiſtentes intolerabilem faciūt dolorez. Et iſtud dicit Aui. ij. cano. c. de porro. Et eſt porro herba nota. Et iuſquiamus eſt herba ſtupefactiua habens longa folia pinguia et fetida.

**Nux. oleum frigus capitis anguilla qꝫ potus.**
**Ac pomū crudum faciunt hoīem fore raucum.**

Hic ponūtur ſex cauſe raucedinis vocis. quarū prima eſt nux ī comeſtio nucū. qꝛ nuces multuz exſiccant. et ergo vocem exaſperant et faciunt eam ſimilem vocibus gruū. Secunda eſt oleum. cuius vſus poteſt inducere raucedinē. quia partes eius alique viſcoſe adherent ipſi canne pulmonis faciētes raucedinem. Secundo poteſt inducere raucedinem in corporibus colericis. quia oleum in talibus cito inflammatur. et ſic inducit ex tali calefactione exaſperationē et raucedinē. prima tm̄ cauſa videtur melior.

Tertia eſt frigus capitis. cuius cauſa eſt: qꝛ ex frigore capitis fit compreſſio cerebri. ex cuius cõpreſſione fluũt humores deorſum verſus guttur et cannã pulmonis inducẽtes raucedinẽ propter nimiã humectationẽ canne. Quarta eſt anguilla ſiue comeſtio anguille. qꝛ ex eſu eius fleumata viſcoſa multiplicant. que veni-entia ad cannã pulmonis illic adherent inducẽtes raucedinem. Quinta eſt potus nimius. et maxime qñ itur dormitũ. Cuius cã eſt. qꝛ ex tali canna pulmonis etiã multũ humectat. Jam vehe-mens humectatio canne pulmonis potiſſima eſt cauſa raucedi-nis vocis ſcḋm omnes medicos. Sexta eſt pomũ crudum. qꝛ in-quantũ crudum multiplicat fleumata. Et ſi ſit cum hoc imaturũ ſtipticũ ſiue ponticũ guttur exaſperat.

Jeiuna vigila caleas dape valde labora
Inſpira calidum modicũ bibe cõprime flatum.
Hec bene tu ſi ſerua ſi vis depellere reuma.
Si fluat ad pectus dicatur reuma catarrus
Ad fauces brancus ad nares eſto coriſa.

Hic tangunt ſeptẽ quibus curat reuma. Primũ eſt abſtinẽtia ſiue ieiuniũ. qꝛ ꝑ hoc materia reumatis diminuit. qꝛ abſtinentia ſexſiccat ⁊ materia melius maturat ⁊ ꝯſumit. qꝛ natura non hñs materiã cibalem in quã agat agit in materiã reumatis ⁊ ꝯſumit eã et caput minus replet. Et ergo dicit Auic. v. iiij. trac. i. c. xiiij. Et ꝓpter quidẽ ne patiens catarrũ et coriſam replet ventrẽ ci-bis quare repleat caput eius. Scḋm eſt vigilia. qꝛ illa etiã eſt ex-ſiccatiua cerebri et ꝓhibitiua aſcenſus multoꝝ vapoꝝ ad caput. Tertiũ eſt cibi calidi q̇ etiã iuuant in reumate cũ eſt ex materia frigida. qꝛ ꝑ illos etiã tunc digerit materia frigida. Quartũ eſt multũ laborare. qꝛ ꝑ hoc etiã ꝯſumit materia reumatis: quia la-bor multus exſiccat ſuꝑfluitates corꝑis. Et loco illius dictionis valde quidã textus habent veſte. et tunc ſenſus eſt qꝛ i cura reu-matis etiã valet calere veſtibus. et hoc etiã verũ eſt maxime cũ

quando materia reumatis eſt frigida. Quintũ eſt inſpiratio aeris calidi. et hoc maxime in catarro ex materia frigida. q2 p aerẽ inſpiratum calidum tunc caleſit materia et maturat. Sextum eſt modicum bibere et pati ſitim. quia p hoc etiam materia reumatis conſumit cum ſitis ſiue modica bibitio exſiccet. Et etiã p modicam bibitionẽ non repletur ſicut p multum potũ. Septimum eſt comprimere flatum id eſt retinere anhelitũ. Iſtud enĩ valde bonum eſt in catarro maxime a cauſa frigida. quia p iſtam retentionẽ anhelitus calefiunt pectoralia. et ſic melius digerit materia frigida fleumatica faciens catarrũ. Et plurima iſtoꝝ et alia tangit Aui. loco preallegato. dicens ꝙ oportet vt aſſiduet calefactionem capitis et elongationẽ eius a frigore et minuat ipſum a ſeptentrione. et ꝓprie poſt auſtruꝫ. Auſter enĩ replet ⁊ rarificat ⁊ ſeptentrio conſtringit et exprimit et minoret potum aque congelate neq dormiat in die et ſitiat et famem patiat et vigilet q̃tuꝫ poteſt quoniã ſunt iniciũ cure. Raſis vero .ix. alman. vult ꝙ patiens reuma debet cauere ne iaceat ſupinus. Et ratio eſt ne per illum decubitum materia fluat ad partem poſteriorem et cum pars poſterior non habet manifeſtos meatus per quos materia fluat timetur ne fluat ad neruos et faciat ſpaſmum vl' paraliſim Et ſimiliter dꝫ abſtinere oĩno a vino quia vinũ eſt vaporoſuꝫ. Et cũ multum ſit calidũ diſſoluit materiã et auget reuma. Et ſimiliter non debet ſtare ad ſolẽ aut ad ignẽ q2 ſol aut ignis diſſoluẽdo materiam augẽt reuma. Deinde tertius in duobus vltĩs verſibus ponit differentiã inter iſta tria noĩa .ſ. catarrꝰ brãcꝰ ⁊ coriza Et ſtat differẽtia in hoc ꝙ eſt fluere materiã ad aliã et aliã partem. Unde reuma eſt nomen cõmune ad omneꝫ fluxũ materie de vno membro ad aliud. Et ergo dicit reuma quaſi ruens materia In cõmuni tñ vſu capitur ſolum ꝓ noĩe cõmuni ad oẽm fluxum materie a capite. Et cõtinet ſub ſe iſtas tres ſpẽs .ſ. catarrũ brancum et corizam. vnde ſi illa materia fluat ad pectus vel membra vicina dicitur catarrus. Si vero ad fauces brãcus. Sed ſi fluat ad nares dicitur coriza

Auripigmentum ſulphur miſcere memento
His decet apponi calcem commiſce ſaponi
Quatuor hec miſce commixtis quatuor iſtis
Fiſtula curatur quater ex his ſi repleatur.

In hoc textu ponit auctor medicinã curatiuã fiſtule dicens ꝙ emplaſtrũ factũ ex auripigmento ſulphure calce et ſapone ſimul mixtis curat fiſtulã. Cuius cauſa eſt. qꝛ in iſtis eſt virtus exſiccatiua ⁊ mũdificatiua q̃ intentiones neceſſario requirunt in curatione fiſtule. De auripigmẽto dicit platearius ꝙ eſt calidũ ⁊ ſiccũ in quarto gradu diſſoluit attrahit conſumit ⁊ mundificat. Et ſulphur et ſapo ſꝫm eum etiã calida ſunt et ſicca: ſulphur tamen vehementius quia eſt calidum et ſiccũ in quarto: ſapo vero non. De calce dicit. Aui. ꝙ calx abluta eſt exſiccatiua ſine mordicatõe et ꝯſolat. Notandũ circa iſtud ꝙ fiſtula eſt vulnus aſſidue et periodice fluens. i. ſꝫm diuerſa tempa vł ſcꝺꝫ diuerſas lunatões. Auripigmentũ vero eſt illud quo vtuntur ſculptores quo faciunt adherere es ſiue metallũ lapidibus. Sapor vero. i. ſmigma eſt illa pinguedo alba ſiue nigra qua mulieres lauant et mundant veſtes. Alia vocabula nota ſunt

Oſſibus ex denis bis centenisqꝫ nouenis:
Conſtat homo denis bis dentibus ⁊ duodenis
Ex tricentenis decies ſex quinqꝫ qꝫ venis.

In hoc textu auctor ponit numeꝝ oſſiũ dẽtiũ ⁊ venaꝝ humani corporis. Et dicit primo ꝙ homo conſtat ex ducentis ⁊ nouẽdecim oſſibus. Scꝺm tamẽ ſolennes medicine doctores vt ypo. Gali. Raſis Auer. ⁊ Auicen. oſſa hoĩs ſunt ducenta ⁊ quadraginta octo. licet in particulari enumeratione oſſiũ diſconueniant. Et iſtud vult ille cõis verſus. Oſſa ducentena ſunt atqꝫ quater duodena. Secundo dicit ꝙ hõ debet habere triginta duos dẽtes

Et iſtud intelligendum eſt cōiter et vt plurimū in hominibus ꝑfectis. Aliqñ enī ꝯtingit aliquos hoīes nō habere dentes quatuor extremos q̄ ſunt poſt molares. Et in talibus dentes ſunt viginti octo tantum. Et aliqui carent his dentibus vltimis in puericia tm̄. alij in puericia ⁊ iuuētute ita ꝙ nō eis naſcunt᷑ donec ſint ſenes. alij tota vita Circa iſtud ſciēdū eſt ꝙ ſcḋz Auicennam .i.i.doc.v.ſum.i.ca.de anathomia dentium. Inter iſtos dentes duo vocātur duales. et ſunt duo dentes anteriores. et duo quadrupli iuncti dualibus a dextris ⁊ ſiniſtris et tam duales ꝙ quadrupli ſunt duo in ſuꝑiori mādibula et duo in inferiori. Et ſunt omnes ordinati ad incidendū. et ideo a quibuſdam inciſores vocantur et ſpecialiter duales. Et poſt iſtos dentes ſunt duo dentes qui vocant᷑ canini ſuꝑius et duo inferius īmediate cōiuncti quadruplis. et officiū eoꝝ eſt frangere dura. Et poſt illos ſunt quatuor dentes molares a dextris et a ſiniſtris quatuor tā in ſuperiori ꝙ ī inferiori mādibula. Et poſt iſtos in aliquib⁹ eſt dens vnus ſenſus tam a dextris ꝙ a ſiniſtris. ⁊ tam in inferiori ꝙ ſuperiori mandibula. in aliquibus vero nō. et ſunt iſti dentes molares et dentes ſenſus omnes ordinati ad molendū. Et ſumma totius numeri dentiū eſt triginta duo vel. xxviij. in non habentibus dētes ſenſus ſcʒ quatuor duales quatuor quadrupli ⁊ quatuor canini et ſedecim molares ⁊ quatuor dentes ſenſus. Tertio dicit ꝙ homo habet tricentas et ſeptuaginta q̄nqʒ venas vt poſſet patere enumeranti eas.

**Quatuor hūores in humano corꝑe conſtant**
**Sanguis cum colera fleuma melancolia**
**Terra melā aq̄ fleg. ⁊ aer ſāguis colerit᷑ ignis**

In hoc textu enumerat primo auctor humores qui ſunt neceſſarij ad ꝯſtitutionē humani corꝑis. et dicit ꝙ quatuor ſunt humores in humano corꝑe. ſcʒ ſanguis fleuma colera et melancolia Secundo oſtendit naturā et cōplexionē cuiuſqʒ humoris ꝑ hoc ꝙ comparat vnūquē꜓ vni elementoꝝ. Et vult ꝙ melācolia eſt

frigida et ſicca et ſi cōꝑatur terre ꝙ ſimilis nature eſt. Flema eſt
frigidum et humidum et ſic comparatur aque Sanguis eſt calidus
⁊ humidus et ſic comparatur aeri. Sed colera eſt calida et ſicca
et ſic comparatur igni. Et iſte ſenſus etiam patet in his verſibus.
Humidus eſt ſanguis calet eſt vis aeris illi. Alget humet fleu-
ma illi vis fit aquoſa. Sicca calet colera ſic igni fit ſimilata. Me
lancolia friget ſicca quaſi terra. Et ꝓ maiori intellectu ſciendū
eſt ꝙ ſcḋꝫ Aui. i. i. doc. iiij. c. i. quatuor ſunt hūores ī corꝑe hoīs. ſ.
ſanguis fleuma colera et melancolia vt dictū eſt. Inter quos ſan
guis eſt melior. primo qꝛ eſt materia ſpirituū; in quibus vita con
ſiſtit. et oīs operatio vegetatiua vitalis et aīalis. ſecundo quia
ꝯformis eſt cū principijs vite. Eſt enī calidus ⁊ hūidus tēperate
tertio qꝛ plus nutrit ⁊ reſtaurat deꝑditū ceteris hūoribus. Et vt
ad vnū ſit dicere eſt theſaurus nature ex cuius ꝑditione ſequit
mors ſtatim. Deinde ſequit fleuma in bonitate. primo qꝛ aptum
eſt vt tempe neceſſitatis fiat ſanguiš. et ideo nō habet ꝓpriū re-
ceptaculū: ſed incedit cū ſanguine. Secūdo qꝛ vicinus eſt radica-
li humido qḋ eſt velut baſis vite. Deinde ſequit colera qꝛ partici
pat cū naturali calore ꝙdiu menſurā ſeruat. Deinde eſt melan-
colia velut fex et ſordicies elongata a principijs vite inimica le-
ticie et liberalitate et cōnata ſenio et morti. Secundo ſciendum
ꝓ diuiſione et diffinitione humoꝝ ꝙ ſanguinis due ſunt ſpecies.
ſcꝫ naturalis ⁊ innaturalis. Naturalis eſt cuius color eſt rubeꝰ
ſcꝫ venalis rubeus obſcurus et arterialis. rubeus clarus malo ca
rens odore et eſt valde dulcis. et hoc ꝑ reſpectum ad alios hu-
mores. Innaturalis eſt duplex. Nam quidā eſt innaturalis qua
litate. ſcꝫ qui eſt mutatus a komplexione bona in ſe ſine alterius
humoris cōmixtione. Alius eſt innaturalis ꝓpter humorem ma
lum et admixtū peccantē qualitate ſubſtantia vel quantitate vl
in ꝓportione alterius ad alterum. Et iſte eſt duplex. Nam qui-
dam eſt nō naturalis ex permixtione mali humoris qui ab ex-
tra ſibi ſuperuenit. Alius eſt non naturalis ex permixtione mali
humoris generati in ipſomet ſanguine quando pars ſanguinis
putrefacta eſt ſicut et eius ſubtile ꝯuerſuꝫ eſt in coleram et groſ-

ſum in melãcoliam.vel illa colera vel illa melancolia vel vtraq̄ manſit in illo ſanguine. Et iſte ſanguis non naturalis ex admixti one mali humoris multipliciter diuerſificatur a naturali. Pri- mo in ſubſtantia.quia groſſior et turbidior eſt cum ſibi miſcetur melãcolia vel ſubtilior cum ſibi miſcetur colera citrina vel aquo- ſitas. Secundo in colore quia eſt declinans ad albedinē ex par- te fleumatis vel ad nigredinem ex parte melancolie. Tertio in odore.quia fetidior eſt ex admixtione putridorũ humorum. vel omnino odore caret ex admixtione crudorum. Quarto in ſapore quia vergit ad amaritudinem ex admixtione colere vel ad ace- toſitatem ex parte melancolie vel ad inſipiditatē ex parte fleu- matis. Fleumatis vero naturalis etiam due ſunt ſpecies.ſcȝ na- turale et innaturale. Naturale eſt quod eſt aptũ vt ĩ aliquo tem- pore fiat ſanguis/quoniã eſt ſanguis non bene coctus. Et eſt qui dam modus dulcis fleumatis qđ non valde exiſtit frigidũ ĩmo corporis comparatione eſt frigiditatis pauce ſanguinis vero cõ- paratione et colere rubee eſt frigidum.et eſt naturaliter album. Et dicitur iſtud fleuma dulce extenſo hoc nomine dulce ad omēs ſapores delectantes guſtum.quia alio modo iſtud fleuma natu rale non eſt dulce/cũ ſit inſipidum aquoſum et ſapori aque mul- tum propinquũ. Et non fecit natura iſti fleumati proprium rece- ptaculum ſicut colere et melancolie fecit/ſed fecit ipſum tranſire cum ſanguine vt tempe neceſſitatis vertatur in ſanguinem quia habet ſimilitudinē ꝓpinquaȝ ſanguini. Et iſtius fleumatis due ſunt neceſſitates et vna vtilitas. Prima vtilitas eſt vt ſi iuxta membra ad hoc vt operenť in eorum virtutes et coquant ⁊ di gerant et nutriant ex eo cum membra amiſerint nutrimentũ qđ conſueuit venire ad ipſa quod eſt ſanguis bonus ꝓpter retenti- onem materie ſanguinis que quidē retentio a ſtomacho et epa- te fit ꝓpter aliquas cauſas accidentales. Secunda neceſſitas eſt vt miſceať cum ſanguine ⁊ reddat ipſum aptum ad nutrien- dum membra fleumaticarũ complexionũ ſicut cerebrum et nu- cham in quorꝫ ſanguine ea nutrituro notabilem fleumatis partē eſſe oportet. Utilitas vero eius eſt vt humectet iuncturas et mē-

bꝛa que multum mouetur ne deſiccentur ꝓpter caloꝛem qui ꝓ-
uenit ex motu et confricatione. Fleuma vero innaturale poteſt
diuidi pꝛimo ex parte ſubſtantie. Et ſic quoddam eſt mucillagi-
noſum. et eſt fleuma ſcḋm ſenſum diuerſum in ſubtilitate ⁊ groſ
ſicie in ſuis partibus. Et dicit muſcillaginoſum pꝛopter ſimilitu-
dinem quam habet cum muſcillaginibus extractis a ſeminibus
Aliud eſt fleuma groſſum quod apparet equale in ſubſtantia.
id eſt in ſubtilitate et groſſicie ſcḋm iudicium ſenſus. ſed ſcḋm
veritatem diuerſum eſt in ſuis partibus. et dicitur fleuma cru-
dum. Et iſtud multiplicatur in ſtomacho et inteſtinis. Et pꝛo-
pter ipſius expulſionem a ſtomacho pꝛecepit ypocras fieri vo-
mitum in menſe bis. Et ad eius expulſionem ab inteſtinis ſta-
tuit natura coleram defluere a ciſti fellis ad inteſtinum ieiunū
et conſequenter ad alia inferioꝛa quatenus abſtergeret illud
fleuma ab oꝛificijs inteſtinoꝛum/et faceret ipſum deſcendere cū
fecibus. Multiplicatur etiā interdum in venis ſpecialiter in ſe-
nibus pꝛopter diminutionē digeſtionis et illic moꝛam trahens
paulatim augetur et ingroſſatur. et cū ab eo tandem grauet natu-
ra/et non poſſit ipſum ꝑ venas expulſionis oꝛdinarias expelle
re faciens de poſſibilibus quod melius eſt elongat ipſum a coꝛ-
de et alijs membꝛis intrinſecis. et mittit ad extrema et ſpeciali-
ter ad tybias. quia ſua grauedine naturaliter tendit ad inferio-
ra. Et iſta eſt cauſa quare tybie ſenum inflantur inflatione relin
quente foueam poſt impꝛeſſionem digiti ſpecialiter circa noctē
et in pinguibus ⁊ ſolitis nutriri humidis. Aliud eſt fleuma valde
ſubtile. et eſt fleuma aquoſum ſimile aque aliqualiter inſpiſſa-
te. et ſepe inuenitur in ſaliuis et ſputis male digerentium ⁊ ni-
mis bibentium. et a cerebꝛo ad nares diſtillare ſolet in pꝛinci-
pio coꝛizarum. et cum per decoctionem ingroſſatur conuertitur
in fleuma groſſum aut muſcillaginoſum. Aliud eſt fleuma val-
de groſſum album vocatum gipſeum. et eſt fleuma cuius ſubti-
le fuit reſolutum pꝛopter nimiam moꝛam eius in iuncturis et
groſſum remanſit quaſi lapidificatum. Et iſtud fleuma fa-
cit podagram nodoſam fere inſanabilem. Aliud eſt fleuma

vitreū.et eſt fleuma ſpiſſum groſſum ſimile vitro liquefacto ī co-
lore viſcoſitate et pondere. Secundo diuidit̄ fleuma in naturale
ex parte ſaporis. Nam quoddā eſt fleuma dulce q̄ꝺ fit ex admixti
one ſanguinis cum fleumate. Et ſub iſto etiam ꝯtinetur fleuma
vnctuoſum q̄ꝺ fit ex admixtione vnctuoſitatis ſanguinis cū fleu-
mate. Aliud eſt fleuma inſipidum factū ex cruditate. ſicut quod-
dam fleuma vitreū. Aliud eſt fleuma ſalſum factū ex admixtione
colere. Et iſtud eſt magis mordax ſiccius et lenius ceteris ſpeci-
ebus fleumatis ꝓpter colerā quā ſuſcipit in ſe que ſicca exiſtit le-
uis et acuta. Et hoc fleuma ſepe reperitur in fleumaticorū ſtoma-
chis potantiū ſepe vina fortia et vtentiū ſalſis et acutis et adhe
rens ſtomacho cauſat interdū ſitim clamoroſam et diu currens ꝑ
inteſtina quandoqꝫ excoriat ea et inducit diſſinteriā. ⁊ in ano fre
quenter inducit fortem tenaſmonē. Aliud eſt fleuma acetoſum
q̄ꝺ fit qñqꝫ ꝓpter melancoliā acetoſam ſibi admixtam. Et qñqꝫ
fit ꝓpter ebulitionem que accidit fleumatici. ſicut accidit ſuccis
dulcibus fructuū q̄ primo ebulliunt et poſtea aceſcunt. Et iſtud
fleuma ſepius apparet in ſtomacho male digerentiū q̄ in alijs
partibus. Nam ad os ſtomachi naturaliter ꝯfluit melancolia
ad deſiderium ſuſcitandum que deorſum cadens qñqꝫ fleumati
mixta reddit ipſum acetoſum. et hoc cognoſcitur per ructus aci-
dos. et interdum fleuma tale generat̄ in ſtomacho ꝑ viam ebu-
litionis a debili calore ex chilo. Aliud eſt fleuma ponticum quod
qñqꝫ cauſatur ꝓpter admixtionē melancolie pontice. Et iſtud
raro reperitur ꝓpter raritatē melancolie pontice. qñqꝫ vero cau-
ſatur ꝓpter vehementē infrigidationē eius qua humiditas eius
congelat̄ et aliqualiter ad terreſtreitatē alteratur. et non ſuper-
uenit ei calor debilis qui faciendo ipſum ebullire ꝯuertat ipſum
in acetoſitatem neqꝫ calor fortis qui digerat ipſum et conuertat
ipſum in ſanguinem. Colere vero ſpecies ſimiliter duo ſunt. ſcilꝫ
naturalis et innaturalis. Colera naturalis eſt ſpuma ſanguinis
cuius color eſt rubeus clarus. i. citrinus in vltimo gradu citrini-
tatis. ſicut capilli ſafrani. et eſt leuis acuta. et quāto magis fue-

rit calida erit maioris rubedinis. Et iſta colera poſtꝙ generata eſt in epate diuidit in duas ꝑtes quarū vna tranſit cū ſanguine ad venas. et alia pars tranſmittit̃ ad burſam fellis. Pars autē illa colere q̄ tranſit cū ſanguine penetrat cū eo cauſa neceſſitatis et cauſa vtilitatis. Neceſſitas eſt vt miſceat̃ cū ſanguine ad nutriendū membra colerica. Et vtilitas eſt vt ſubtiliet ſanguinē ꝛ faciat ipſum penetrare in venis. Pars aūt illa q̄ tranſit in burſam fellis tranſit illic etiā ꝓpter neceſſitatē et vtilitatē. Neceſſitas eſt duplex. q̄dā eſt neceſſitas corꝑis totius ſcʒ mūdare ipſum a ſuꝑfluitatibus colericis. Alia eſt reſpectu burſe fellis. et eſt nutrire ipſam. Utilitas etiā duplex eſt. vna eſt abluere inteſtina a fecibus et fleumate viſcoſo adherentes eis. Altera eſt pungere inteſtina et muſculos ani vt ſentiant qd̄ eſt eis nociuū et emittant egeſtionē. Et huius rei ſignū eſt ꝙ colica ſepe accidit ꝓpter opilationē factam in foramine qd̄ procedit a burſa fellis vſqꝫ ad inteſtina. Colera vero innaturalis duplex eſt. Nam vna eſt innaturalis ꝓpter cauſam extrinſecā que ei admiſcetur. Alia eſt īnaturalis ꝓpter cauſam in ſe. qꝛ ſubſtantia eius non eſt naturalis. Colera innaturalis ꝓpter cauſam extrinſecā alia eſt ſcita et famoſa. et eſt illa cui fleuma admiſcet̃. et dr̄ famoſa ſiue etiā nota qꝛ ſepiſſime generari ſolꝫ. Et ex hac colere ſpecie fit tertiana nota. Alia eſt q̄ eſt minoris fame et eſt illa cui melancolia eſt admixta. Colera vero famoſa vel eſt citrina. et generat̃ ex admixtione fleumatis ſubtilis cū colera naturali. Uel eſt vitellina ſimilis vitellis ouoꝝ et generat̃ ex admixtione fleumatis groſſi cum colera naturali. Colera vero minoris fame fit duobus modis. vnus eſt qn̄ colera in ſe adurit̃ et fit cinis a quo non ſepat̃ pars ſubtilis colere ſed cū eo miſcet̃. et hec colera eſt peior. Alius eſt vt melancolia colere de foris adueniens cū ea miſceat̃. et hec colera eſt melior alia. et eſt eius color rubeus. ſed nō clarus nec floridus ymo eſt magis ſimilis ſanguini venali. Colere vero innaturalis in ꝓpria ſubſtantia ſine alteriꝰ humoris cōmixtione. Alia eſt qui ſepiꝰ generat̃ in epate ꝑ hoc ꝙ ſubtile qd̄ eſt in ſanguine adurit̃. et tranſit in colerā et groſſum in melancoliā. Alia eſt q̄ in

ſtomacho magis generaꝫ ex cibis malis nō digeſtis ſʒ corruptis
Uel generaꝫ in venis ex hūoribus alijs. Et iſtius colere due ſunt
ſpecies. Nam quedā eſt praſſina ſimilis colori praſſij nigri que
generaꝫ ex vitellina quādo aburitur. Nam aduſtio facit in cole=
ra vitellina nigredinē qua cōmixta cum citrinitate generaꝫ co=
lor viridis. Alia eſt eruginoſa ſimilis in colore erugini eris. ⁊ ge
neratur ex praſſina quādo praſſina tantū aduriꝫ donec ſiccetur
eius humiditas/et incipiat redire ad albedinē ꝓpter ſuam ſicci
tatem. Et iſte due vltime colere male ſunt et venenoſe erugino/
ſa tamē peior eſt. Melancolie vero ſpecies ſimiliter due ſunt. ſcʒ
naturalis et innaturalis. Naturalis eſt fex boni ſanguinis ⁊ tur
bulentia et ſuperfluitas. cuius ſapor eſt medius inter dulcedi=
nem et ponticitatē. Et iſta melancolia cum generata eſt in epa=
te partitur in duas partes. quarum vna penetrat cum ſanguine
et manat cum eo ad venas. Alia tranſmittitur ad ſplenem.
Prima pars penetrat cum ſanguine propter neceſſitatem ⁊ vtili
tatem. Neceſſitas eſt vt miſceatur cum ſanguine ad nutriendum
membra melancolica frigida et ſicca ſicut oſſa. Utilitas eſt vt flu
xibilitatem ſanguinis nimiā coerceat et vigorē corpulentiā ei9
et condenſet donec fiat pars ſolida membrorum duoꝝ q̄ debet
nutrire. Alia pars qua ſanguis non indiget vadit ad ſplenem
propter neceſſitatem et vtilitatem. Neceſſitas eſt duplex. vna eſt
ſcōm totum corpus ſcʒ ipſum a ſuperfluitate melancolica mun=
dare. Alia eſt ſcōm ſplenem ſcʒ ipſum nutrire. Utilitas vero ꝓ=
cedit ex ea propter hoc ꝙ ipſa profluit ad orificium ſtomachi ex=
primendo humiditates quas illic inuenit. ſicut mulier mulgen=
do exprimit digitis lac ab vberibus vacce Et hec vtilitas eſt duo
bus modis. Uno modo quia ipſa multa conſtringit ⁊ inſpiſſat ⁊
confortat orificium ſtomachi. Secundo quia facit in ore ſtoma=
chi commotionē ꝓpter acredinem eius. et exſiccat famem et fa=
cit deſideriū. Melancolia vero innaturalis eſt ſicut res aduſta
vel cinis reſpectu aliorum humorum. Et eius quatuor ſunt ſpeci
es famoſe/licet plures ſint non famoſe. Prima eſt que eſt cinis
colere. ⁊ eſt illud quod aduritur de colera. et hec ſpecies eſt ama

ra.Secunda eſt que eſt cinis fleumatis.et illud qđ fuit aduſtum ex fleumate.et ſi fleuma qđ aduſtum eſt fuerit valde ſubtile et aquoſum tunc melancolia ex eo genita erit ſalſa in ſapore.Si autem fuerit fleuma groſſum qđ aduritur tunc cinis eius aut melācolia ex eo generata tendit ad acetoſitatē aut ponticitatē.Tertia eſt que eſt cinis ſanguinis et illud quod aduſtum eſt ex ſanguine.et hec melancolia eſt ſalſa parum trahens ad dulcedinem Quarta eſt que eſt cinis melancolie naturalis.et ſi melancolia naturalis ex qua fit fuerit ſubtilis/tunc multum acetoſa.et cum effunditur ſuper terrā ebulit.et eius odor eſt acris et ab eo fugiunt muſce et animalia.Si vero talis melācolia naturalis ex qua fit fuerit groſſa/erit minoris acetoſitatis cū pauca poncitate.

## De ſanguineis

Natura pingues iſti ſunt atqꝫ iocantes.
Semꝑ rumores cupiunt audire frequentes.
Hos venus et bachus delectant fercula riſus.
Et facit hos hilares et dulcia verba loquentes.
Omnibus hi ſtudiis habiles ſunt et magis apti
Qualibet ex cauſa nec hos leuiter mouet ira.
Largus amans hylaris ridens rubeiqꝫ caloris
Cantans carnoſus ſatis audax atqꝫ benignus.

Hic ponit auctor ſigna ꝑ que cognoſcere poſſimꝰ hominē ſanguinee complexionis.quorꝫ primū eſt ꝙ ſanguineus eſt naturaliter pinguis.Et nō debemus intelligere ꝙ ſanguineus ſit pinguis pinguedine proprie accepta.quia talis ſignificat ſuperfrigiditatem complexionis.vt vult Auicenna.ij.i.doc.iij.c.iij.Sꝫ eſt pinguis pinguedine extenſa ad multam carnoſitatem.quia eſt multū carnoſus.Vult enim Aui.loco preallegato ꝙ multitudo

carnis rubee cũ decenti firmitate et non laxitate eius ſignificat cõplexionẽ calidã ⁊ humidã qualis eſt ſanguinea. Et ratio eſt qꝛ multitudo carnis rubee atteſtat̃ ſuꝑ fortitudine virtutis aſſimilatiue et multitudine ſanguinis q̃ vigent et inualeſcunt calido et humido. teſte Gal. ij. complexionũ dicente. Multitudo autem carnis a multitudine ſanguinis generat̃. Calidum vero perfecte digerens et aſſimilans carnis ſoliditatẽ operatur. Dicit etiã Auicẽna loco preallegato. ꝙ oĩe corpus carnoſum ſine multitudine pinguedinis et adipis eſt ſanguineũ. Et idem vult Gal. ij. tegni canone illo. Humida vero et calida craſſis. Secundũ eſt ꝙ eſt iocoſus ſcʒ ꝓferens verba alios ad riſum ꝓuocatiua vel letus. ⁊ hoc eſt ꝓpter benignitatẽ humoris ſanguinei ꝓuocantis hominem ad leticiam et iocunditatẽ ꝓpter ſpũs claros et ꝑfectos ex ſanguine generatos. Tertiũ eſt ꝙ libenter audit fabulationes iocoſas eadem de cauſa. Quartũ eſt ꝙ inclinatus eſt ad luxuriam ꝓpter caliditatem et humiditatẽ ꝓuocantiũ ad coytum. Quintũ eſt ꝙ talis libenter bonum vinũ potat. Sextũ eſt ꝙ libenter comedit bona cibaria. quorum cauſa põt eſſe. qꝛ talis appetit ſimiliora cõplexioni eius q̃ ſunt bona vina ⁊ bona cibaria. Septimum eſt ꝙ talis de facili ridet. Cuius cã eſt qꝛ ſanguis ꝓuocat ad riſum. Octauũ eſt ꝙ talis eſt hylaris. i. hylarem faciem amabilem et iocundũ habens ꝓpter viuacitatẽ coloris ⁊ formoſitatẽ complexionis ex cõplexione ſanguinis. Nonũ eſt ꝙ talis ꝓfert dulcia verba ꝓpter amicabilitatẽ nature ſanguinis. Decimũ eſt ꝙ talis eſt aptus oĩbus artibus. i. de facili põt addiſcere quãlibet artẽ ꝓpter viuacitatẽ et ꝑſpicacitatẽ ingenij eiꝰ. Undecimũ eſt ꝙ talis nõ facile iraſcitur. et iſtud ꝓuenit ꝓpter humiditatẽ ebetantẽ fortiorẽ colere ꝓuocantis ad iram. Deinde textus in duobus vltimis verſibus repetit aliqua ſigna dicta et aliqua addit. Primũ eſt ꝙ ſanguineꝰ eſt largus nõ auarus ſed liberalis. Secundũ eſt ꝙ talis eſt amans ſiue amoroſus. Tertiũ eſt ꝙ talis eſt hylaris. i habens vultũ iocundũ. Quartũ eſt ꝙ talis quaſi ſemꝑ videt̃ ridere. quorum omniũ cauſa eſt benignitas ſanguinis ad iſta ꝓuocantis. Quintũ eſt ꝙ talis eſt rubei coloris. vult enĩ Auicẽ.

loco preallegato ꝙ color cutis rubens ſignificat multitudinē ſangui-
nis. Et debet iſtud intelligi de colore rubeo cum quodā ſplendo-
re et non de rubeo fuſco qualis reperiri ſolet in vultibus hoꝝ qui
libenter et abunde bibunt fortia vina et vtuntur ſalſis et ſpecie-
bus acutis, quia talis ſignificat lepram futurā. Sextū eſt ꝙ ta-
lis libenter cantat vel audit cantare ꝓpter letum eius animum
Septimū eſt ꝙ talis eſt carnoſus ꝓpter cauſam prius dictam.
Octauū eſt ꝙ talis eſt ſatis audax ꝓpter caliditatē ſanguinis q̄
eſt cauſa audacie. Nonū eſt ꝙ talis eſt benignus ꝓpter ſangui-
nei humoris bonitatem.

Eſt et humor colere qui competit impetuoſis.
Hoc genus eſt hoīm cupiens p̄cellere cunctos.
Hi leuiter diſcūt multum comedūt cito creſcūt.
Inde magnanimi ſunt largi ſumma potentes.
Hirſutus fallax iraſcens prodigus audax.
Aſtutus gracilis ſiccus croceiq; coloris.

Hic ponit auctor quedā ſigna p̄ q̄ cognoſcere poſſum⁹ hoīem
colerice cōplexionis. Primū eſt ꝙ colericus eſt impetuoſus .i. fa
ciens rem cū impetu. Cuius cauſa eſt, q2 ſuꝑfluus calor qui eſt ī
colerico mouet ad impetū. Et ergo etiā vult Aui. ij. i. doc. iij. c. iij
ꝙ opationes exceſſiui motus ſignificāt caliditatē. Scdm eſt ꝙ ta-
lis eſt cupidus honoris et appetit eſſe in primis ſedibus ⁊ p̄celle
re cunctos alios. Cuius cauſa eſt q2 ſuꝑfluus calor ꝓuocat ani-
mā ad arrogatiuā ⁊ temeritatē. Tertiū eſt ꝙ iſti cito diſcunt. et
hoc ꝓpter ſubtilitatē hūoris colerici et eius caliditatē. Et ergo
etiā dicit Aui. loco p̄alle. ꝙ intellectus .i. ꝓmptitudo ⁊ viuacitas
ad intelligentiā, ſignificat caliditatē cōplexionis. Quartū eſt ꝙ
iſti multū comedūt, q2 in ipſis fortior eſt calor digerēs et maior
reſolutio q̄ in alijs corꝑibus. Quintū eſt ꝙ iſti cito creſcunt .i. ꝑ-
ueniunt ad augmentū. et hoc ꝓpter fortitudinē caloris natura-
lis in eis q̄ eſt cā augmēti. Sextū eſt ꝙ iſti ſunt magnanimi .i. nō

potentes tolerare iniurias.et hoc ꝓpter caliditatē in eis. et er-
go dicit Aui.loco palle.ꝙ parū patiš ab vnaquaq; re.i.patiētē ſe
reddere ſignificat caliditatē.Septimū eſt ꝙ iſti ſunt largi. ⁊ hoc
reſpectu illoꝝ quibus honores accipere poſſunt. Octauū eſt ꝙ
iſti appetunt ſumma.i.ſummas dignitates ⁊ officia ꝓpter cau-
ſam ſecundi ſigni. Nonū ꝙ colericus eſt hirſutus .i. piloſus ⁊ ha
bens multos crines ꝓpter caliditatē apientē poros ⁊ mouentē
ad materiā piloꝝ ad cutē. Et dicit hirſutus quaſi hircus ſequēs
q: inter oīa aīalia bruta hircus habet longiores crines. Decimū
eſt ꝙ ipſe eſt fallax.i.deceptori⁹. Undecimū eſt ꝙ ipſe eſt iraſcēs
i.de facili iraſcit ꝓpter caliditatē. Et ergo dicit Aui.loco palle.
ꝙ ira frequens ⁊ a leui cauſa ſignificat caliditatē.et hoc eſt pro-
pter facilitatē cōmotionis colere et ebulitionis ſanguinis circa
cor. Duodecimū eſt ꝙ ipſe eſt ꝓdigus.q: largus eſt in exponen-
do ꝓpter honores habendos. Decimūtertiū eſt ꝙ talis eſt au-
dax.q: audacia etiā ꝓuenit ꝓpter nimiā caliditatē.et maxime
cordis. Decimūquartū eſt ꝙ ipſe ſit aſtutus.i.cautus. Decimum
quintū eſt ꝙ talis eſt gracilis.i.nō groſſoꝝ membroꝝ neq; mul-
te carnis ꝓpter ſupfluā caliditatē vehemēter reſoluentē. Deci-
műſextū eſt ꝙ talis eſt ſiccus.i.macer ꝓpter ſiccitatē complexio
nis Decimūſeptimū eſt ꝙ talis eſt crocei coloris.i.citrini.et ergo
dicit Aui.lo.palle.ꝙ color ſubruffus ſignificat colere dñium.

Fleūa vires modicas tribuit latoſq; breueſq;
Fleūa facit pigues ſanguis reddit mediocres.
Ocia non ſtudio tradunt ſed corpora ſomno.
Senſus ebes tardus motus pigricia ſomnus.
Hic ſomnolentus piger in ſputamine multus
Eſt huic ſenſus hebes pinguis facit color albus.

Hic ponit auctor aliqua ſigna cōplexionis fleumatice. Pri-
mū ſignū eſt paucitas viriū. Fleumatici eni pancas vires hūt ꝓ-
pter paucitatē caloris naturalis a quo oīs vis habet exordium.

Scdm eſt q fleumatici ſunt lati et breues.qr in eis eſt pauc⁹ calor naturalis nō ſufficiens extendere corpus in longū. extendit igit corpus ſcdm latū.Tertiū eſt q fleumatici ſunt pingues propter eoꝝ frigiditatē et humiditatē.Et ergo dicit Aui.loco pall'. q pinguedo vel adeps ſuꝑflua ſignificat exceſſum frigiditatis ꝛ humiditatis et complexionē corpoꝝ frigidā et humidam.qr sanguinis vnctuoſitas q̄ eſt vtriuſqꝫ materia cum reſudat a venis et obuiat mēbris frigide vel remiſſe calidis coagulat ab eoꝝ frigiditate vel remiſſa caliditate/ꝛ fit pinguedo.vt vult Gal'.ij.complexionū.Et poſtea ſubdit hic tert⁹ q ſanguinei ſunt mediocres ſupple in longitudine et breuitate. Quartū eſt q fleumatici magis ad ocia inclinant q̄ ad ſtudia ꝑpter frigiditatē mouentē ad ocia et pigriciā.Quintū eſt q multū dormiunt.et hoc eſt propter multā humiditatē eoꝝ et etiā ꝓuenit multus ſomnus ꝑpter frigiditatē.vt innuit Aui.loco palle.Sextū eſt q fleumatici ſunt duri ingenij.qr ſicut viuacitas intellectus et ꝑſpicuitas ingenij ꝓueniūt ꝑpter naturalē caliditatē/ita ebetudo intellectus ꝛ durities ingenij ꝑpter ꝯtrariū ſcꝫ frigiditatē.Septimū eſt q fleumatici ſunt tardi motus.et hoc etiā propter frigiditatē q̄ facit motū tardū ſicut caliditas velocē.Octauū eſt q ſunt pigri.Nonum q ſomnus ī eis eſt longus quoꝝ cauſa eadē eſt cū predicta.Poſtea ponunt duo alij verſus recolligētes ſigna predicta cū quibuſdā alijs.Primū eſt.fleumatic⁹ eſt ſomnolentus.i.inclinat⁹ ad multū ſomnū.Scdm eſt q ipſe eſt piger.i.tardus ad omnē oꝑationem.Tertiū eſt q eſt multi ſputi propter humiditatē in eo abūdantē multiplicatiuā ſputi.Quartū eſt q talis eſt obtuſus ī ſenſibus et nedum in ſenſibus ymo etiā in intellectu.Quintū eſt q talis eſt pinguis.Sextum eſt q talis eſt albus in facie.Albedo enim cutis et maxime faciei ſignū eſt priuationis ſanguinis aut paucitatis eius cū frigiditate.vt dicit Aui.loco pralle.

Reſtat adhuc triſtis colere ſubſtantia nigre.
Que reddit prauos ꝑtriſtes pauca loquentes.

Hi vigilant ſtudiis nec mens eſt dedita ſomno.
Seruant propoſitū ſibi nil reputant fore tutum
Inuidus et triſtis. cupidus dextreqꝫ tenacis.
Non expers fraudis timidus luteiqꝫ coloris.

Hic ponit auctor aliqua ſigna cōplexionis melācolie. Primū eſt prauitas. Melancolia enī reddit hoīes prauos ꝛ maloꝝ mo- rū quemadmodū ſunt qui ſeipſos interficiūt. Scōm eſt multa tri ſtitia. melancolici enī multū triſtes ſunt vt plurimū ꝓpter ſpūs melancolicos turbidos ꝛ tenebroſos ſicut hoīes leti ſunt ꝓpter ſpūum claritatē. Tertium eſt taciturnitas. melancolici enī taci- di ſunt et paucoꝝ vboꝝ ꝓpter frigiditatē ſicut nimia garrulitas ꝓuenit ꝓpt caliditatē. Quartū eſt ꝙ melācolici ſunt apti ſtudio qꝛ ſemper cupiunt eſſe ſoli. Quintū eſt ꝙ tales ſunt inſomnolen ti. nec bene dormiunt ꝓpter nimiā ſiccitatē cerebri et ꝓpter fu- mos melancolicos cōmouentes in eis ſomnia horribilia quibuſ excitant a ſomno. Sextū eſt ꝙ tales ſunt tenacis ꝓpoſiti. i. perti naces. et cū aliqui diu mēte habent diu retinēt et difficulter pla- cabiles ſunt. et hoc ꝓpter ſiccitatē eoꝝ q̄ non ſinit ꝓpoſitū cito mutari Septimū eſt ꝙ melācolici nihil reputāt eis eſſe tutū ymo ſemꝑ timēt ꝛ hoc eſt ꝓpter ſpirituū tenebroſitatē Poſtea ī duobꝰ vltis vſibus ponūt aliqua ex ſignis p̄dictis ꝛ aliqua addūt. Pri mū eſt ꝙ melācolicꝰ eſt inuidus. ſcōm eſt ꝙ eſt triſtis. terciū eſt ꝙ eſt auarꝰ. quartū eſt ꝙ eſt tenax. i. nihil volens exponere ꝛ male ſoluens. quintū eſt ꝙ eſt fraudulosus ſimplex. et ꝓpterea hoīes melancolici ſunt deuoti multū legētes ieiunātes ꝛ alias multas abſtinētias faciētes. Sextū eſt ꝙ eſt multū timidꝰ. Septimū eſt ꝙ eſt lutei coloris. i. terreſtris ſiue fuſci coloris. Color enī fuſcus et maxime ſi viriditati approximat ſignificat dñium melancolie ſcōm Ra. iij. alman. in prin.

Hi ſunt humores qui preſtant cuiqꝫ colores.
Omnibus in rebus ex fleumate ſit color albꝰ

Sanguine fit rubeꝰ colera rubea quoqꝫ ruffus
Si peccet ſanguis facies rubet extat ocellus.
Inflantur gene corpus nimiumqꝫ grauatur.
Eſt pulſuſqꝫ frequēs plenꝰ mollis dolor ingēs
Maxime fit frontis et conſtipatio ventris
Siccaqꝫ lingua ſitis et ſomnia plena rubore.
Dulcor adeſt ſputi ſunt acria dulcia queqꝫ.

In hoc textu primo ponit colores ꝯſequētes cōplexiones ⁊ dicit ꝙ fleumaticus eſt albi coloris: ſed colericus eſt ruffi coloris ⁊ ſanguineus rubei. et de melancolico dixit in fine precedentium verſuū. Et de iſtis oībus dictum eſt prius. Secūdo ponit .xiij. ſigna ſuꝑabundantis ſanguinis. quoꝝ primū eſt ꝙ facies eſt rubea ꝓpter aſcenſum ſanguinis ad caput et faciem. Secundū eſt ꝙ oculi plus videntur exire ſolito ꝓpter extenſionē ꝙ facit ſanguis multiplicatus. Tertiū eſt gene ꝙ inflantur ꝓpter ſimilem cauſam. Quartū eſt ꝙ corpus totū grauat. quia natura ſuppeditat non ſufficiens regere humores et ſuſtentare debite corpus. Quintū eſt ꝙ pulſus fit frequens ꝓpter caliditatem quā inducit ſanguis multiplicatus. Sextum eſt ꝙ pulſus eſt plenus ꝓpter multitudinē vapoꝝ calidorum et humidoꝝ. Septimū eſt ꝙ pulſus eſt mollis ꝓpter humiditatem nimiā mollificantē arteriam. Octauū eſt ꝙ dolor fit in fronte et hoc ꝓpter ſanguinē multiplicatū in rethi mirabili. Nonū eſt ꝙ venter conſtipat .i. durus fit. nec bene aſſellans ꝓpter caliditatē nimiam exſiccantem feces. Decimū eſt ꝙ lingua fit ſicca ꝓpter ſimilem cauſam. Undecimū eſt ꝙ ſitis eſt magna ꝓpter exſiccationē orificij ſtomachi ex nimia caliditate. Duodecimū eſt ꝙ fiunt ſomnia declināt[i]a ad rubedinē. Et iſtud vult Aui. ij. i. doc. iij. c. vij. dicens. Et ſomnia q̄ illud ſignificāt ſcꝫ abundantiā ſanguinis ſunt. ſicut cum homo in ſomnis res videt rubeas aut ſanguinē multū ex ſuo corꝑe exire aut ſe. in ſanguine natare ⁊ ſimilia. Decimūtertiū eſt ꝙ ſputum

eſt dulce ꝓpter ſanguinis dulcedinē. Notādū circa iſtud ꝙ ſicut hic ponunt ſigna ſupabundātis ſanguinis: ita quidā etiā ponūt ſigna ſupabūdātie alioꝝ humoꝝ ſub quibuſdā verſibus. Signa quidā ſupabundātis colere ſub iſtis vſib⁹. Accuſat colerā dextre doloꝛ aſpera lingua. Tinnit⁹ vomituſqꝫ frequēs vigilātia multa Multa ſitis pinguis egeſtio torſio ventris. Nauſea fit morſus cordis langueſcit orexis. Pulſus adeſt gracilis durus veloxqꝫ caleſcens. Aretiamareſcit incendia ſomnia fingit. Signa vero ſupabundantis fleumatis ſub iſtis verſibus. Fleuma ſupgrediens ꝓprias in corpe leges. Os facit inſipidū faſtidia crebra ſaliuas. Coſtarū ſtomachi ſimul occipitiſqꝫ dolores. Pulſus adeſt rarus tardus mollis inanis. Precedit fallax fantaſmata ſomn⁹ aquoſa. Signa vero ſupabundātis melancolie ſub his verſibus. Humoꝝ pleno dum fex in corpore regnat. Nigra cutis durus pulſus tenuis et vrina. Sollicitudo timoꝛ et triſtia ſomnia tempus. Accreſcet rugitus ſapoꝛ et ſputaminis idem. Leuaqꝫ precipue tinnit⁹ et ſibulat auris.

Denus ſepten⁹ vix fleubothomiū petit annus.
Spiritus vberioꝛ erit per fleubothomiam.
Spiritus ex potu vini mox multiplicatur.
Humorumqꝫ cibo damnum lente reparatur.
Lumina clarificat ſincerat fleubothomia.
Mentes et cerebrū calidas facit eſſe medullas.
Viſcera purgabit ſtomachū ventrēqꝫ coercet.
Puros dat ſenſus dat ſomnum tedia tollit.
Auditus vocem vires producit et auget.

In hoc textu auctoꝛ loquit de fleubothomia. et primo oſtēdit etatē requiſitā ad fleubothomiā dicens ꝙ annus. xvij. vix petit fleubothomiā. Et ꝓ iſto dicit Gal. xi. de ingenio ꝙ pueri nō debent fleubothomari niſi habeāt. xiiij. annos ad minus. Et cā eſt qꝛ corpa pueroꝝ ſunt facil'r reſolubilia a caloꝛe extraneo et ideo qꝛ debilitāt multū ex euacuatōe forti facta ꝑ fleubothomiā. Itē qꝛ indigent nutrimēto duplici de cā ſcꝫ ꝓpter nutrimētū ⁊ augmē

tū ideo minutio ſanguinis nō cōpetit eis. Itē q꞉ facile diſſoluūť
a calore extraneo ſufficit ꝙ ab eis diſſoluiť quare non indigent
fleubothomia. Et circa iſtud ſciendū ꝙ ſicut fleubothomia non
ꝯuenit pueris ꝑdictis ſed cauēda eſt. ita etiā eſt cauēda in ma-
gna etate ſcʒ ſeniū. vt vult Gal'. ix. megategni. q꞉ ſcḋʒ Gal'. ⁊ haly
iij. tegni. in ꝯualeſcētibus ⁊ ſenibus eſt pauc⁹ ſanguis bonus et
multus malus. fleubothomia igiť rapiet bonū ⁊ dimittet malū
vt innuit Auicenna. iiij. i. ca. xx. de fleubothomia. et ideo in ta-
libus non competit fleubothomia. Secundo ponit nocumētum
fleubothomie ⁊ eſt ꝙ ſpūs vberiores exeunt ꝑ fleubothomiam.
Cui⁹ rō pōt eſſe q꞉ cū multa euacuatōe ſanguis q̄ fit ꝑ fleubotho
miā neceſſe eſt etiā multitudinē ſpirituū euacuare. Tertio tangit
remedia ꝑ que ſpūs emiſſi reſocillanť ⁊ iterato multiplicanť. Et
dicit ꝙ ex potu vini ſubito regeneranť ſpūs q꞉ omniū ſubito nu
trientiū maximū eſt vinū vt prius dictū eſt. Et ſpūs etiā regene-
ranť et reſocillanť ex cibo ſed hoc fit lente et non ſubito ſicut ex
vino Et cibus qui debet dari erit digeſtibilis ⁊ multi ſanguinis
generatiuus ſicut oua ſorbilia ⁊ ſimilia. Et circa iſtud ſciendum
eſt ꝙ licʒ cibus regeneret ſpūs poſt fleubothomiā tū debēt caue-
re patientes a multo cibo in prima ⁊ ſecūda die. Unde dicit yſa
ac in dictis. cibus eſt eis minuendus et potus augendus ſcʒ re-
ſpectu cibi non tū reſpectu ſue conſuetudinis ymo minus debent
bibere ꝙ ante fleubothomiā. quia virtus digeſtiua debilior eſt.
Quarto ponit auctor. xi. iuuamenta fleubothomie debite facte.
Primū eſt ꝙ temperata fleubothomia confortat viſum. quia mi
nuendo humores, etiā minuit effumationē ad caput et repletio
nem eius offuſcantes viſum. Secūdum eſt ꝙ clarificat et ſince-
rat mentem et cerebrum ꝓpter ſimilem cauſam. Tertium eſt ꝙ
calefacit medullam. quia minuit ſuperfluitates que ad eam ve-
nientes ipſam infrigidant. Quartum eſt ꝙ purgat viſcera id eſt
interiora, q꞉ exonerata natura a ſanguine humores crudos in
interioribus contentos melius digerit. Quintū eſt ꝙ fleubotho
mia reſtringit vomitū et fluxum ventris. q꞉ diuertit humores ab
interioribus ad exteriora. Et iſtud vult Aui. loco ꝑalle. dicens.

Amplius fleubotbomia ꝓpterea ꝙ ad diuerſum trahit naturã ſcd̃m plurimũ retinet. Et iſtud maxime verũ eſt quando fleubo-thomia fit de venis brachij. Nam fleubothomia facta de venis pedum non ſic retinet. Poteſt tñ ꝑ accidens ꝯtingere ꝙ ad fleu-bothomiã ſequatur maioꝛ fluxus ventris. et hoc dupliciter. Pri-mo quia ex fleubothomia facta tollitur onus nature. tunc enim virtus confoꝛtata aliquando ꝓuocat alias euacuationes. Secũ-do ſi fluxus ventris fiat ex multa debilitate virtutis contentiue tunc enĩ quia ex fleubothomia debilitatur virtus magis auge-bitur fluxus ventris. Sextũ eſt ꝙ fleubothomia facit puros ſen-ſus quia minuit euapoꝛationẽ ad caput vnde turbantur ſenſus Septimũ eſt ꝙ ipſa iuuat ſomnũ impeditum quia ꝑ ipſam euacu-antur humoꝛes plurimi a quibus eleuãtur vapoꝛes acuti et di-uerſi impedientes ſomnũ. Octauũ eſt ꝙ ipſa tollit tedia et gra-uitates nimias. quia ꝑ ipſam virtus exoneratur a ſuo grauamine. Et etiam educto ꝑ ipſam ſanguine educitur ſimul melãcolia fex ſanguinis que inducit tedia et grauitates. Nonũ eſt ꝙ ipſa con-fert auditui quia ꝑ ipſam diminuũtur vapoꝛes et humoꝛes aſcẽ-dentes ad caput impedientes auditũ. Decimũ eſt ꝙ ipſa cõfert voci. quia ꝑ ipſam diminuuntur ſuperfluitates et humiditates que poſſent ꝑuenire ad pectus vel cannã pulmonis et impedire vo-cem. Undecimũ eſt ꝙ ipſa auget vires. quia ꝑ ipſam coꝛpus a ſuo grauamine exoneratur quare virtus augmentatur.

Tres inſunt iſtis mayus ſeptember apꝛilis
Et ſunt lunares ſunt velut ydra dies.
Prima dies primi poſtremaq3 poſterioꝛum.
Nec ſanguis minui nec carnibus anſeris vti.
In ſene vel iuuene ſi vene ſanguine plene.
Omni menſe bene confert inciſio vene.
Hi ſunt tres menſes mayus ſeptember apꝛilis.
In quibus eminuas vt longo tempoꝛe viuas.

